Baptismi sui corporis membra semel effecit. ^{c in fin.}
Nam hos, si se posteà crimine aliquo conta-
ninaverint, non jam repetito Baptismo ablui. ^{c Multi,}
cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione ^{z q. 1.c.}
iceat, sed ante hoc tribunal, tamquam reos, ^{Gaudē-}
isti voluit: ut per sacerdotum sententiam non ^{mus, de}
semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ip- ^{c 1. Cor.}
um poenitentes configuerint, possent liberari. ^{12. b. c.}

Alius est præterea Baptismi, alius Pœnitentiae ^{Verbum}
fructus. Per Baptismum enim Christum ^{d in-}
fuentes, nova proorsus in illo efficimur creatu-
ra, plenam & integrum peccatorum omnium ^{de Pœn.}
remissionem consequentes: ad quam tamen ^{Dift. 1.}
novitatem & integritatem per Sacramentum ^{d Gal. 3}
Pœnitentiae, sine magnis nostris fletibus & la-
boribus, divina id exigente justitia, pervenire
nequaquam possumus: ut merito Pœnitentia
laboriosus quidam Baptismus à sancti Patri-
bus dictus fuerit. Est autem hoc Sacramentum
Pœnitentiae lapsis post Baptismum ad salutem
necessarium, ut nondum regeneratis ipse Bap-
tismus.

C A P U T III.

De partibus & fructu hujus Sacramenti.

Occer præterea sancta Synodus, Sacra-
menti Pœnitentiae formam, ia qua præci-

puè ipsius vis sita est, in illis ministri verbis
positam esse: Ego te absolvo, &c. quibus qui-
dem de Ecclesiæ sanctæ more præces que-
dam laudabiliter adjunguntur: ad ipsius tamen
formæ essentiam ne quaquam spectant, neque
ad ipsius Sacramenti administrationem sunt
necessariæ. Sunt autem quasi materia huius

a Suprà Sacramenti ipsius pœnitentis actus **a** nempe
S. ff. 6. Contritio, Confessio, & Satisfactionio. Qui qua-
de justi-
tenuis in pœnitente ad integratatem Sacramen-
to*re*, ad plenamque & perfectam peccatorum re-
fic. cap. 14. ratione Pœnitentia partes dicuntur. Sanè verò
infra res & effectus hujus Sacramenti, quantum ad
Can. 4 ejus vim & efficaciam pertinet, reconciliatio
est cum Deo, quam interdum in viris piis, &
cum devotione hoc Sacmentum percipienc-
tibus, conscientiae pax ac serenitas cum vehe-
menti spiritus consolatione consequi solet.
Hæc de partibus & effectu hujus Sacramenti
sancta Synodus tradens, simul eorum senten-
cias damnat, qui Pœnitentia partes incusos
consciëtiæ terrores, & fidem esse contendunt.

C A P U T I V.

De Contritione.

b Suprà **C**ontritio, b quæ primum locum inter di-
ff. 6. stos pœnitentis actus habet, animi dolor
de Jhs. ac detestatio est de peccato commisso, cum
rif. c. 6. proposito non peccandi de cetero. Fuit autem
& 14. quovis tempore ad impetrandam veniam pec-
catorum hic Contritionis motus necessarius;
& homine post Baptismum lapso ira d-muin
præparat ad remissionem peccatorum, si cum
fiducia divinæ misericordiæ, & voto præstari
di reliqua, conjunctus sit, quæ ad ritè suscipien-
dum hoc Sacmentum requiruntur. Declarat
igitur sancta Synodus, hanc Contritionem, non

b Infrà solùm & ceſtationem à peccato, & vitæ novæ
Can. 5. propositum & inchoationem, sed veteris etiam
d Ezech. odium continere, juxta illud: **d** Projicite à vo-
18. bis omnes iniquitates vestras, in quibus præ-
varicati etsis; & facite vobis cor novum, & spi-

ritum novum. Et certè, qui illos sanctorum claramores consideraverit : a Tibi soli peccavi, & a Psal. malum ceram te feci : b Laboravi in gemitu 50.c. Est meo , lavabo per singulas noctes lectum venit. in meum ; c Recogitabo tibi omnes annos meos de Pœn. in amaritudine animæ : & alios hujus generis: Dift. 1.c. facile intelligit, eos ex vehementi quodam anteactæ vita odio, & ingenti peccatorum dete. Totam statione manasse. Docet præterea et si Contritionem hanc aliquando charitate perfectam Dift. 3. esse contingat, hominemque Deo reconciliare, b Ps. 6. priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; c Isaia. ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Con. tritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa in- 38. cluditur , non esse adscribendam. Illam vero Contritionem imperfectam , quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniae ; declarat, non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum , non ad huc quem inhabitantis , sed tantum moventis , quo pœnitens adjutus, viam sibi ad iustitiam parat. Et quamvis sine Sacramento Pœnitentia per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat ; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandum disponit. Hoc enim timore utiliter d concussi Ninivitæ , ad d Jona Jonæ prædicationem plenam terroribus , pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falsò quidam ca. 3. Matt. 12. Lu- luumiantur Catholicos scriptores, quasi tradi- c & 11. c. derint Sacramentum Pœnitentia, absque bono Quammotu suscipientium , gratiam conferre : quod obrem , nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit ; sed de Pœn. & falsò docent , Contritionem esse extortam; Dift. 1. & coactam , non liberam, & voluntariam.

a *Luca* EX ^a institutione Sacramenti Pœnitentiæ
s. & 17. Ejam explicata, universa Ecclesia semper
iac. 5. intellexit, institutam etiam esse à Domino in-
1. Joan bus post Baptismum lapsis jure divino necessa-
1. infrà riā exsistere: qui Dominus noster Jesus Chri-
Can. 6. stus, b ē terris adscensurus ad cœlos, sacerdo-
b Joan. tes sui ipsius Vicarios reliquit, tamquam pœ-
20. fides & judices; ad quos omnia mortalia cri-
Matth. mina deferantur, in quæ Christi fideles cecide-
16. c. rint, qui, pro potestate Clavium remissionis
Verbum aut retentionis peccatorum, sententiam pro-
de Pœn. nuntient. c Constat enim, sacerdotes iudicium
Dist. 1. hoc, incognita causa, exercere non potuisse, ne-
& ad- que æquitatem quidem illos in pœnis injun-
huc de gendis servare potuisse, si in genere dumtaxat,
Pœn. & non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi
Dist. 3. peccata d declarassent. e Ex his colligitur, o-
c Hier. portere à pœnitentibus omnia peccata morta-
exponēs lia, quorum post diligentem sui discussionem
illud conscientiam habent, in Confessione recenseri,
Eccl. 10. etiam si occultissima illa sint, & tantum ad-
Si mor. versus duo ultima f Decalogi præcepta com-
deit illata, quæ nonnunquam animum gravius fau-
serpens ciant, & periculosiora sunt iis quæ in manife-
in silen- sto admittuntur. Nam venialia, quibus à gratia
tio. Dei non excludimur, g & in quæ frequentius
d ; An- labimur, quamquam recte & utiliter, citraque
tamen omnem præsumptionem in Confessione di-
per litt. cantur, quod piorum hominum usus demon-
seu in- statio; taceri tamen citra culpam, multisque a-
ternun liis remediis expiari possunt. Verum cum uni-
tium, consule Bullā Clement. 8 Sanctissimus 16. 2.
e Infrà Can. 6. f Deut. 5. g Suprà Sess. 6. Can. 23. c.
A huc, & c. De quotid. de Pœn. Dist. 3. h Eph. 2.

mirunt, peccata Christi fideles confiteri stuent, proculdubio omnia divinæ misericordiæ gnolescenda exponunt; qui verò secùs faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil divinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt.

Si enim erubescat ægrotus vulnus medico a *Hier.* etegere, quod ignorat, medicina non curat. *dict. loc.* Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: quod sine illis peccata ipsa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innotescant; & fieri nequeat, ut de gravitate criminum rectè censere possint, & iudicem, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere, unde alienum à ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excusitatas fuisse; aut unam tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratre. sed & impossibile est, Confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibile dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare; constat enim, nihil aliud in Ecclesia à pœnitentiis exigi, quam ut, postquam quisque diligenter se excusserit, & conscientiæ suæ sinus innates & latebras exploraverit, ea peccata cōiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliiter offendisse meminerit: Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurunt, in universum, eadem Confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter um Propheta diciimus: b Ab occultis meis, nunda me Domine. Ipsa verò hujusmodi Confessionis difficultas, ac peccata detegendi merecundia gravis quidem videri posset, nisi ot tantisque commedis & consolationibus levaretur, quæ omnibus, dignè ad hoc Sacramentum accendentibus, per abolitionem certissime conferuntur. Ceterum, quo ad modum confitendi secretò apud solum sacerdotem, et si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindicam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ob alioum exemplum, tum ob Ecclesiæ

Pf 18.

102 S E S S I O X I V.

offensæ ædificationem, delicta sui publicè confiteri possit: non est tamen hoc divino præcepto mandatum, nec satis consultè humana aliqua lege præcipiteretur, ut delicta præsertim secreta, publica essent confessione aperienda.

- a Conc.** Unde cum à sanctissimis & antiquissimis
Cabil. Patribus, magno, unanimique consensu, secreta Confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta usæ est, & modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifestè refellitur inanis eorum calunnia, qui eam à divino mando alienam & inventum humanum esse, atque
b Infrà à b Patribus, in Concilio Lateranensi congre.
Can. 8. gatis, initium habuisse, docere non verentur.
& 14. Neque enim per e Lateranense Concilium Ec.
c Vide infra XX. clesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod jure divino necessarium, & institutum esse intellexerat; sed ut præceptum Confessio-
 nis, saltē femeū in anno, ab omnibus & singu-
 lis, cùm ad annos discretionis petri: nullent, im-
 pleretur. Unde jam in universa Ecclesia, cum
 ingenti animarum fidelium fructu, observatur
 mos ille salutatis confitendi sacro illo & ma-
 xime acceptabili tempore Quadragesimæ:
 quem morem hæc sancta Synodus maximè
 probat, & amplectitur, tamquam priu. & me-
 ritò retinendum.

C A P U T VI.

De ministro hujus Sacramenti, & in Absolu-
tione.

- C**irca ministrum autem huius Sacramenti,
d Infrā Can. 20 declarat sancta Synodus, falsas esse, & à
 veritate Evangelii penitus alienas doctrinas
 d omnes, quæ ad alios quovis homines, præ-
 ter Episcopos & Sacerdotes, Clavum mini-
 sterium perniciose extendunt: putantes verba
c Matt. 18. illa Domini: e Quacumque alligaveritis su-
 per terram, erunt alligata & in cœlo: & quæ
f Joan. 20. cumque solveritis super terram, erunt solutæ
 & in cœlo: f &, Quorum remiseritis peccata
 remittuntur eis; & quorum retinueritis, re-

tenta sunt: ad omnes Christi fideles indifferenter & promiscue, & contra institutionem hujus a *Suprà Sacramenti* ita fuisse dicta, ut quivis potesta *Sess. 7. de tem* habeat remittendi peccata publica quidem *Sacram.* per correptionem, si correptus acquieverit: se- *Can. 10.*
creta vero per spontaneam Confessionem cui.
cumque factam. Docet quoque, etiam sacerdo-
tes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem
Spiritus sancti, in ordinatione collatam, tam-
quam Christi ministros, functionem remitten-
di peccata exercere, eosque pravè sentire, qui
malis sacerdotibus hanc potestatem non esse
contendunt. b Quamvis autem Absolutio sa-
cerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen
non est solùm nudum ministerium, vel annun-
tiandi Evangelium, vel declarandi remissa esse *Ecclesiā*
peccata; sed c ad instar actus judicialis; quo *z. 9. Dist.*
ab ipso, velut à judice, sententia pronuntiatur; &c. Non
atque ideò non debet pœnitens adeò sibi de
sua ipsius fide blandiri, ut etiamsi nulla illi ad-
fit contritio, aut sacerdoti animus seriò agendi,
& verè absolvendi desit; putet tamen se, prop. c *Infra-*
ter suam solam fidem, verè & coram Deo esse *Can. 9.*
absolutum, nec enim fides sine Pœnitentia re-
missionem ullam peccatorum præstaret: nec is
esset, nisi salutis suæ negligentissimus, qui sa-
cerdotem ioco se absolventem cognosceret, &
non alium seriò agentem sedulò requireret.

C A P U T VII.

De casuum reservatione.

Quoniam igitur natura, & ratio judicii il- d c. Si
lud expolcit, ut sententia in subditos duumtaxat feratur, d persuasum semper in Ec- *Episco-*
clesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc *p. 6. de*
confimat, nullius momenti Absolutionem eam *Pœnit.*
esse debere, quam sacerdos in eum profert, in *in 6.*
quem ordinariam aut subdelegatam non ha-
bet jurisdictionem. Magnopere vero ad Chri-
stiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis
Patribus nostris vitum est, ut atrociora quædam
& graviora criminis non à quibusvis, sed à

a[*Cypr.*] *a* summi dumtaxat Sacerdotibus, absolverentur. *b* Unde merito Pontifices Max. pro supraqua in- ma potestate sibi in Ecclesia universa tradita, cipit. In causas aliquas, criminum graviores suo potuerunt peculiai judicio reservare, *c* Neque du- gemis- bitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, c.r., & ordinata sunt, quin hoc idem d Episcopis om- in epist. nibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem cuius tamen, non in destructionem, liceat, pro illis in Initium subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præsertim quoad illa, qui- Miror. bus excommunicationis censura annexa est.

Origen. Hanc autem delictorum reservationem, con- Hom. 10 sonum est divinæ auctoritati, non tantum in in Gen. externa politia, sed etiam coram Deo vim ha- b. c. Si quis fuzden. habere, verumtamen piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia dei custoditum semper fuit, *e* ut nulla sit reserva- te. 17. q. vatio in articulo mortis: atque ideo omnes sa- cerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis pec- 4. Ita quorū. articulum sacerdotes cum nihil possint in cas- dam. de bus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut f ad Superiores & legitimos Iudeis, judices pro beneficio Absolutionis accedant.

c. Con-
questi. de sent. excom. c. Qui cumque eod. tit. in 6 c. 2. eod. tit. in Clement. i. g. c. Esi dominici. de Pœn. in Ex:ra. comm. cum sim. c Rom. 13. d Infrà Sejj. 14 cap. 6. de re- form. f Felicis, de pœnis, in 6. c. Pastoralis, de off. ordi. c. Cupientes. de Pœnis. in Cle. c. Inter cunctas. § Duos, de priv. in Extrav. commen. Calest. epist. 2. c. 2. & 4. Carthag. c. 76. i. g. 11. Tolet. c 12.

C A P Ú T VII.

De satisfactionis necessitate, & fructu.

*D*Emum, quod Satisfactionem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quemadmo- modum à Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita una

maxime nostra aetate , summo pietatis praetex. a Quos
 tu, impugnatur ab iis qui speciem pietatis ha- casus
 bent, virtutem aurem ejus abnegarunt : sancta Superio.
 Synodus declarat, fallum omnino esse, & à ver- regular.
 bo Dei alienum a culpam à Domino num- reserua.
 quam remitti, quin universa etiam pena con- reservat.
 donetur, perspicua enim & b illustria in factis re pos-
 litteris exempla reperiuntur, quibus, præter di- sint, vi-
 vinam traditionem, hic error quam manifesti- de in
 simè revincitur. Sanè & divina iustitiae ratio Decretū
 exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam reci- Clemens:
 piantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui se mel a peccati & 8. incip.
 dæmonis servitute liberati, & accepto Spiritus Sancti-
 sancti dono, scientes e templum Dei violare, & sumus
 & Sp'ritum sanctum contristare non formida-
 verint. Et divinam clementiam decet, ne ita 26 Mat.
 nobis absque ulla Satisfactione pccata dimic- 1593.
 tantur, ut , occasione accepta, peccata leviora b Suprà
 putantes, velut injurii, & e contumeliosi Spiriti- Sess. 6.
 tui sancto, in graviora labamur, f thesaurizan-
 tes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim c. i. 4. &
 magnopere a peccato revocat, & quasi fræno Can. 30
 quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cau- de Jus-
 tioresque & vigilantes in futurum pœni- tif. Ca.
 tentes efficiunt; medentur quoque pccatorum 12.
 reliquiis ; & vitiosos habitus , male vivendo c Gen. 3.
 comparatos , contrariis virtutum actionibus
 tollunt. g Neque vero securior ulla via in Ec. 2. Reg.
 clesia Dei unquam existinata fuit ad amo- Nū. 12.
 vendam imminentem h à Domino pœnam, & 20.
 quam ut hæc pœnitentia opéra homines cum d 1. Cor.
 vero animi dolore frequentent. Accedit ad 3.
 hæc , quod , dum sati-faciendo patimur pro Eph. 4
 peccatis, Christo Jesu, i qui pro peccatis nos- e
 tris satisfecit, ex quo l oratione r itra sufficientia f Heb.
 est, conformes efficimur, certitudinem quoque 10.
 inde arribant habentes, quod n si compatimur g Rom.
 2.

h Ezech. 33. Jona 3. Jer. 3. 18. & 25. i Isa 30. Eccli 17
 Mat. 3. 4. 11. & 18. cum sim. l Rom. 5. 1. Ioan. 2. in princ.
 m 2. Cor. 3.

b 2 Cor. & conglobabimur. Neque vero ita nostra est
 3. Phil. 4 satisfactio haec, quam pro peccatis nostris ex-
 1. Cor. 1. solvimus, ut non sit per Christum Jesum. Nam
 qui a ex nobis, tamquam ex nobis nihil possu-
 in fin. mus, eo cooperante qui nos confortat, omnia
 c 1. 2. possumus. Ita non habet homo unde glorietur:
 Cor. 10. b sed omnis gloriatio nostra in Christo est: in
 in fin. quo c vivimus, in quo mereimur, in quo sa-
 tisfacimus, d facientes fructus dignos pœnitenc.
 Gal. 6. tiæ; qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur
 d Act. Patii; & per illum acceptantur à Patre. Debent
 17. ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus &
 e Mat. 3 prudentia suggererit, pro qualitate criminum,
 & pœnitentium facultate, salutares & conve-
 4 nientes satisfactiones injungere: ne, si fortè pec.
 Luc. 3. catis conniveant, & indulgentius cum pœni-
 10. 17. tentibus agant, levissima quædam opera pro
 c. Tem gravissimis delictis injungendo, alienorum
 pora, cū peccatorum participes efficiantur. Habeant au-
 multis tem præ oculis, ut Satisfactione, quam imponunt,
 seq. 26. non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & in-
 firmitatis medicamentum, sed etiam ad præ-
 g. 7. teritorum peccatorum vindictam & castiga-
 c. De tionem. e Nam claves sacerdotum non ad sol-
 Pœnit. vendum dunitaxat, sed & ad ligandum conces-
 de Cons. sas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent,
 Dift. 3. nec propterea existimarunt, Sacramentum Pœ-
 nitentia esse forum iræ, vel pœnaruim, sicut ne-
 Conc. mo umquam Catholicus sentit, ex hujusmodi
 Carth. 3 nostris satisfactionibus vim meriti & a satisfac-
 cap. 31. tionis Domini nostri Iesu Christi vel obscura-
 & Conc. ri, vel aliqua ex parte imminui: quod dum No-
 Carth. 4 vatores intelligere volunt, ita optimam Pœni-
 c. 74. tentiam novam vitam esse docent, ut omnem
 satisfactionis vim & usum tollant.

Concil.

C A P U T I X .

Cabilo.

De operibus Satisfactionis.

c. 34 & **D**icit præterea, tantam esse diuinæ munifi-
 38. Con. centiae largitatem, ut non solum pœnis
 Afr. c. 9. sponte à nobis pro vindicando peccato susce-
 f. Matt. 16. & Jea. 10 sup c. 1. in fi. & inf. Can. 3 & ult.
 de Pœn. Infrà Can. 13.

ptis , aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam , quod maximum amoris & argumentum est, temporalibus flagellis à Deo inflatis, & à nobis pacienter toleratis , apud P̄eum patrem per Ch̄istum Iesum plures satisfacere valeamus.

Doctrina de Sacramento extrema Unctionis. P̄en.

Visum est autem sanctæ Synodo præcedens Dift. 3. *ac. Sun:* *plures in fin. de*
 tū doctrinæ de Pœnitentia adjungere ea
 quæ sequuntur de Sacramento extremae Un-
 cionis : quod non modò Pœnitentia, sed & to-
 tius Christianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitentia b *Infrā*
 esse debet consummativum existimatum est à Can. 1.
 Patribus. Primum itaque, circa illius institutio- de Sacr.
 nem, declarat & docet, b quod clementissimus Extre.
 Redemptor noster, qui servis suis quovis tem- Unctio.
 pore voluit de salutaribus remediis & adversis Ephe. 6.
 omnia omnium hostium tela esse prospectum, c i. Pet.
 quemadmodum auxilia maxima in Sacramen-
 tis aliis præparavit , quibus Christiani conser- s.
 vare se integros, dum viverent, ab omni gra-
 viore spiritus incommodo posseint; ita extremae
 Unctionis Sacramento finem vitæ , tamquam
 firmissimo quodam præsidio , munivit. Nam
 etsi & adversarius noster occasiones per om- d Nulli
 nem vitam querat, & capteret, ut devorare ani- dubium
 mas nostras quoquo modo possit ; nullum ta-
 men tempus est , quo vehementius ille onus 3. q. i.
 suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos
 nos penitus, & à fiducia etiam, e si possit, divi- e Gen. 3.
 na misericordia deturbandos, quam cum im- & infr.
 pendere nobis exitum vitæ perspicit.

C A P U T J.

De institutione Sacramenti extremae fin.
Unctionis.

Instituta est autam sacra hæc Unctio infir-
 morum , tamquam verè & propriè Sacra-
 mentum novi Testamenti, à Christo Domino f Marc.
 nostro , f apud Marcum quidem insinuatum, 6.
 g per Jacobum autem Apostolum, ac Domini g Jac. 2.
 fratrem, fidelibus commendatum ac promul- e Presb.

Pal. 95 gatum. Infirmitatur, inquit, quis in vobis inducat Presbyteros Ecclesiarum, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei. **Unctio.** Quibus verbis, ut ex Apostolica traditione, per manus accepta, Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministerium, & effectum hujus salutaris Sacramenti; intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum; nam Unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur, representat, formam deinde esse illa verba, Per istam unctionem, &c.

C A P U T I I.

De effectu hujus Sacramenti.

a Jaco. **R**es porro, & effectus hujus Sacramenti illis verbis explicatur: Et a oratio fidei salvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus: &, si in peccatis sit, dimittentur ei b res etenim hæc gratia est Spiritus sancti: cuius Unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & ægroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando: quia intimus sublevatus, & morbi incommoda ac labores levius fert; & temptationibus dæmonis, & calceo insidiantis facilius resistit: & sanitatem corporis interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitur.

C A P U T I I I.

De ministro hujus Sacramenti, & tempore quo dari debeat.

Jam verò, quod attinet ad præscriptionem eorum qui & suscipere, & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum: nam & ostendit illic, proprios hujus Sacramenti ministros esse Ecclesiæ Presbyteros, quo nomine, eo loco, non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed a aut Episcopi aut Sacerdo-

Sacerdotes , ab ipsis ritè ordinati , & per im- *perflū.*
positionem manuum presbyterii. Declaratut *um. 95.*
etiam , esse hanc Uunctionem infirmis adhiben-
dam , illis verò præfertim , qui tam periculose
decumbunt , ut in exitu vitæ constituti videan *inf. à*
Can.
tur: unde & Sacramentum exeuntium nunci-
patur. Quod si infirmi post suscep tam hanc *ult.*
unctionem coavaluerint , iterum hujus Sacra-
menti subsidio iuvati poterunt , cùm in aliud *a 1. Ti.*
simile vitæ discriminem inciderint. Quare nulla *4. c. Ec-*
ratione audiendi sunt , qui contra tam apertam *ee ego §.*
& dilucidam Apostoli *b* Jacobi sententiam *Presby.*
docent , hanc Uunctionem vel figmentum esse *Dift. 95*
humanum , vel ritum à Patribus acceptum , nec *b f.c.s.*
mandatum Dei , nec promissionem gratiæ ha-
bentem : & qui illam jam cessasse afferunt ,
quasi ad gratiam curationum duntaxat in pri-
mitiva Ecclesia referenda esset: & qui dicunt ,
ritum & usum quem sancta Romana Ecclesia
in hujus Sacramenti administratione observat ,
c Jacobi Apostoli sententia repugnare , atque *c Inf. à*
ideò in aliud communandum esse : & deni- *Can. 3.*
que , qui hanc Extremam- Uunctionem à fide- *d. Sacr.*
libus sine peccato contemni possent afflant :
Extr.
hac enim omnia manifestis. & pugnant cum *Unc.*
perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profectò
Ecclesia Romana d aliarum oinnium mater , *d c. Non*
& magistra , aliud in hac administranda Unc- *decit 12*
tione , quantum ad ea quæ huius Sacramenti *c. fin. de*
substantiam perficiunt , observat , quām quod *Dift. c.*
beatus Jacobus præscripsit. Nec verò tanti *1. in fin.*
Sacramenti contemptus absque ingenti scle- *de sum.*
re & ipsius Spiritus sancti injuriā esse posset. *Trin. &*
Hæc sunt , quæ de Pœnitentiæ & extre-
mæ- Uunctionis Sacramenti haec sancta cœcu- *c. fin. de*
menica Synodus profitetur , & docet , atque for. com-
omnibus Christi fidelibus credenda & tenen- *pot.*
da proponit : Sequentes autem Canones in-
violabiliter servandos esse tradit , & asseren-
tes contrarium perpetuò damnat , & anathē-
matizat.

De Sanctissimo Poenitentiaæ Sacramento.

C A N O N . I .

a Suprà cap. 1. de Pœnit. SI quis dixerit, in Catholica Ecclesia & Pœnitentiam non esse verè & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum; Anathema sit.

C A N O N . I I .

b Suprà cap. 1. de Secun. da post naufragia Si quis Sacra menta confundens, b ipsum Baptismum, Pœnitentiaæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacra menta distincta non sint, atque ideo Pœnitentiam non recte secundam post naufragium tabulâ appellari; Anathema sit.

C A N O N . I I I .

naufrag. d Accipite Spiritum Sanctum : quorum remi- Dist. 1. de Pœn. de Ioan. 20 Mat. 16. supr. c. 1. fess 6. dc Si quis dixerit, verba illa Domini Salvatoris: d Accipite Spiritum Sanctum: quorum remissionis peccata, remittuntur eis, & quorum re tinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda de d Ioan. potestate remittendi & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiaæ, sicut Ecclesia Catho licia ab initio semper intellexit, detorserit autem contra institutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Evangelium; A nathema sit.

Iust. ca.

C A N O N . I V .

14. d Suprà cap. 3. de Pœn. Si quis negaverit, e ad integrum & perfe ctam peccatorum remissionem requiri tres a etus in pœnitente, quasi materiam Sacramenti Pœnitentiaæ, videlicet, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ tres Pœnitentiaæ partes dicuntur; aut dixerit, duas tan tūm esse Pœnitentiaæ partes, terrores scilicet incusios conscientiaæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Evangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa pecca ta; Anathema sit.

e Suprà c. 4. de Pœnit.

C A N O N . V .

Si quis dixerit, fream contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem & de-

testationem peccatorum, qua quis ^a recogitat a *Is.* ; 8. annos suos in amaritudine animæ suæ , pon. ^d. dérando peccatorum suorem gravitatem , multitudinem, fœditatem, amissione æternæ beatitudinis & æternæ damnationis incursum , cum proposito melioris virtutæ , non esse verum & utili em dolorem , nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocrytam, & magis peccatorem ; demum illam esse dolorem coactum , & non liberum , ac voluntarium ; Anathema sit.

C A N O N VI.

Si b quis negaverit,, Confessionem Sacra- b ^c S. præ mentalem vel institutam , vel ad salutem ne- c. 5. de cessariam esse jure divino ; aut dixerit, mo- dum secrete confitendi soli sacerdoti , quem Pœnit. Ecclesia Catholica ab initio semper observa- C. em. 1. vit, & Observat, alienum esse ab institutione & in epist. mandato Christi, & inventum esse humanum; I. ad Ia- Anathema sit.

C A N O N VII.

Si quis dixerit, e in Sacramento pœnitent. Concil. riæ ad remissionem peccatorum necessarium Cabilo. non esse jure divino , confiteri omnia & sin- c. 8. gula peccata mortalia , quorum memoria c S. præ cum debita & diligentí præmeditatione ha- cap. 5. batur, etiam occulta, & quæ sint contra d duo ultima Decalogi præcepta, & circumstantias, d Deut. quæ peccati speciem mutant ; sed eam Con- fessionem tantum esse utilem ad erudiendum, & consolandum pœnitentem , & olim obser- vatam fuisse tantum ad satisfactionem cano- nicam imponendam, aut dixerit, eos, qui om- nia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinæ misericordiæ ignoscendum ; aut demum , non licere confiteri peccata venia- lia : Anathema sit.

C A N O N VIII.

Si quis dixerit, Confessionem omnium pec- e Suprà catorum, qualem Ecclesia servat , e esse im- cap. 5. possibilem, & traditionem humanam , à piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes &

a *Vide* singulos utriusque sexus Christi fideles, **a** juxta infra magna Concilii Lateranensis constitutio-
XX. nem. semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore quadragesimæ: Anathema sit.

C A N O N I X.

b Suprà Si quis dixerit, **b** Absolutionem sacramen-
c. 6. in talem sacerdotis non esse actum judicialem, seu nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata confitenti; modò tantum credat se esse absolutum; aut sacerdos non seriò, sed joco absolvat; aut dixerit non requiri Confessionem pœnitentis, ut sacerdos eum absolvere possit; Anathema sit.

c Suprà

C A N O N X.

c. 1. & Si quis dixerit, sacerdotes, qui in **c** peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & solvendi non habere: aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum: **d** Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo, & **e** Quorum remis-
16. &c. ritis peccata, remittuntur eis; & quorum re-
18. tinueritis, retenta sunt: quorum verborum
c. 10an. virtute quilibet absolvere possit-peccata; pu-
20. blica quidem per correptionem dumtaxat, si
f Suprà Episcop. corruptus acquieverit: secreta vero per spon-
c. 7.c. de pœn. taneam confessionem; Anathema sit.

in 6. c.

C A N O N X I.

De cete. Si quis dixerit, Episcopos non habere jus
ro. &c. **f** reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quo minus sacerdos à reservational. de tis vele absolvat; Anathema sit.

sent. ex

C A N O N X I I.

com. cù Si quis dixerit, totam pœnam simul cum **g**
simp. culpa remitti semper à Deo, satisfactionem.
g Suprà que pœnitentium non esse aliam quam fidem,
c. 8. de qua apprehendunt Christum pro eis satisfe-
Pœnit. cisile; Anathema sit.

C A N O N X I I .

Si quis dixerit, pro a peccatis, quo ad pœ- a *Suprà*
nam temporalem, minimè Deo per Christi *c. 8.* &
merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & pa-
tienter toleratis, vel à sacerdote injunctis, sed **¶**
neque sponte suscep̄tis, ut jejuniis, orationibus,
eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus,
atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum
novam vitam : Anathema sit.

C A N O N X I V .

Si quis dixerit, b satisfactiones, quibus pœ- b *Suprà*
nitentes per Christum Jesum peccata redi- *cap. 8.*
miserunt, non esse cultus Dei, sed traditiones ho-
minum, doctrinam de gratia, & verum Dei
cultum, atque ipsum beneficium mortis Chri-
sti obscurantes : Anathema sit.

C A N O N X V .

Si quis dixerit Claves Ecclesie esse e datae. c *Suprà*
tantum ad solvendum, non etiam ad ligan- *cap. 1.*
dum; & propterea sacerdotes, dum imponunt & *cap.*
pœnas confitentibus, agere contra finem Cia- *8 in fin.*
vium & contra institutionem Christi, & fi-
ctionem esse, quod, virtute Clavium, sublata *de Pœ-*
pœna æterna, pœna temporalis plerunque ex- *nit.*
solvenda remaneat ; Anathema sit.

*De Sacramento EXTREMÆ-UNCTIONIS.***C A N O N I .**

Si quis dixerit extremam-Untionem non d *Suprà*
esse verè & propriè Sacramentum à d *Hoc*
sto Domino nostro institutum, & à e beato *Sacra.*
Jacobo Apostolo promulgatum ; sed ritum in prin-
tantum acceptum a Patribus, aut figuratum & exp. *exp.*
humanum : Anathema sit. *i*

C A N O N I I .

Si quis dixerit, sacram infirmorum f *Vic.* 6. *Iac. 5.*
unctionem non conferre gratiam, nec remittere *sic à*
peccata, nec alleviare infirmos ; sed iam *cap. 2 de*
cessasse, quasi om̄im tantum fuerit gratia cu- *hoc Sa-*
rationum ; Anathema sit. *cr. m.*

a Suprà

C A N O N I I I .
cap. ult. Si quis dixerit, & extraneæ Unctionis ritum,
Corc. & usum, quem obseruat sancta R. maria Ec-
Cabilon clesia, repugnare sententiam b. beati Jacobi A-
 postoli, id est quod eum mutandum, posse que à
cap. 68. Christianis absque peccato contemni ; An-
b. Fac. 5. thema sit.

C A N O N I V .

c d. cap. Si quis dixerit, Presbyteros Ecclesiarum, quos
ultim. beatus Jacobus adducendos esse ad infirmum
Iac. 5. inungendum horribilitur, non esse sacerdotes ab
 Episcopo ordinatos, sed aetate seniores qua-
 vis communicate ; ob idque proprium extre-
d Sie inæ Unctionis instrumentum non esse solum sa-
 cerdotem ; Anathema sit.

frasa- *Decretum de Reformatione.*

tur firè *P R O O E M I U M .*

Cenc. 9. *Toletana.* Episcoporum munus est, subditos, præfertim
Sar. ad animarum curam constitutos, ad-
Seff. 6. monere officii sui.

dereför. *C*um propriè Episcoporum munus sit, d
c. 3 subditorum omnium vitia redargueret; hoc
e 1. Cor. illis præcipue cavendum erit, ne Clerici, præ-
g. c. ferti ad animarum curam constituti, crimi-
Quid noluntur, neve iniuriam vestram, ipsis conni-
autem. ventibus, ducant. Nam si eos pravis & corru-
8. q. 1. ptis moribus esse permittant ; quo persto lai-
f Cap. cos de ipsorum vitiis & redarguent, qui uno ab
lili. 24 eis sermone convinci possent, quo persto Clericos
Dift. c f cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se-
Vera. 26 admisissæ quæ corripiunt ? Monebunt prop-
zum. tere à Episcopi suos Clericos, & in quocumque
Dift. c ordine fuerint, ut conversatione, sermone &
Sicut. ii. scientia commiso sibi Dei populo præant ;
§ Ne- memores ejus quod scriptum est. b Sancti es-
cess. tote, quia & ego sanctus sum. Et iuxta Apo-
pal. 45. stoli vocem : Nemini det ullam offenditionem ;
8. Dift. Lev. 11. 1. Petr. 1. g Seff. 22. c. 1. de ref. h Levi.

ut non vituperetur ministerium eorum; sed in ^a 2. Cor. omnibus exhibeant se sicut ministros Dei; ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis : ^b 6. in Sacerdotes Dei contaminant sancta, & repro- ^c prin- bant legem. Ut autem ipsi Episcopi id libe- ^d a Ezecl. riū exequi, ac quoquim prætextu desuper ^e 22. Se- impediri neque ant; eadem sacro sancta cœcu- ^f phon. 3. menica, & generalis Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem Apostolice Sedis Legato, & Nuntiis, hos, qui sequuntur, Cano- nes statuendos & decernendos duxit.

C A P U T I.

Si prohibiti ascendere ad Ordines ascendant,
si interdicti, si suspensi puniuntur.

Cum honestius, ac tutius sit subiecto, de- bitam Praepositis obedientiam impen- den tendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum Præpositorum scandalo, g̃ra luui altiorum appetere dignitatem; ei, cu' ascen- sus ad sanctos Ordines à suo Prælatō, ex qua- cum que causa, etiam ob occultum crimen quo nodolibet, etiam extra judicialiter, fuerit interdictus: aut qui à suis Ordinibus, seu gra- dibus, vel dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati volun- tam concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus & digni- tates, sive honores, restitutio suffragetur.

C A P U T I I.

Si Episcopus quo cumque Ordines contulerit
sibi non subdito, etiam familiari, sine ex-
pressi proprii Prælati consensu, uterque
decreta poena subjaceat

Et, quoniam nonnulli Episcopi Ecclesi- sun, quæ in partibus infidelium consi- stant clero carentes, & populo Christiano, ^b Infrā cu' nferè vagabundi sint, & permanentem se. c 8. su- dein non habeant, non quæ Jesu Christi, ^b sed præ se. ^f alienas oves, inscio proprio Pastore, queren- ^{6. c. 5. de} res, dum per hanc sanctam Synodum se Pon- ^r ificalia officia in alterius diocesi, nisi de loci ^{refor.}

Ordinarii expressa licentia , & in personas eidem Ordinario subjectas tantum exercere prohibitos vident , in legis fraudem & contemptum , quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt ; & quoscumque ad se venientes , etiam si suorum Episcoporum seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant , clericali charactere insignire , & ad sacros etiam presbyteratus Ordines promovere præsumunt : quo plerique que sit , ut minus idonei , & rudes , ac ignari , & qui à suo Episcopo tamquam inhabiles & indigni reieoti fuerunt , ordinati , nec

a Suprà divina Officia peragere , nec Ecclesiastica Sacra-
Sess. 6. c. menta rectè valeant ministrare . Nemo Epis-
s. de ref. coporum qui Titulares vocantur , etiam si in
Ep. i. f. loco nullius diœcesis , etiam exempto , aut ali-
S. ff. 23. quo monasterio cuiusvis Ordinis resederint ,
c. 3. 8. Ep. aut monam traxerint , vigore cuiusvis privile-
10. de gii sibi de promovendo quoscumque ad se
ref. Con. venientes pro tempore concessi , alterius sub-
Ni. en diuum , etiam praetextu familiaritatis continuae
commensalitatis suæ , absque sui proprii Præ-
i. c. 15. lati expresso consensu , aut litteris & dimissoriis
Concil. ad aliquos sacros aut minores Ordines . vel
Aarcl. primam Torsuram promovere seu ordinare
valeat . Conticaciens ab exercitio Pontifica-
3. c. 13. lium per annum ; taliter velò promotus ab
Cone. 6. executione Ordinem sic suscep. eram , donec
Magni- suo Prælato vitum fecerit , ipso pure sint sus-
zien. c. pensi .

C A P U T III.

24. c. 1. Episcopus suos Clericos ob alio male promotos
21. q. 2. b Suprà 20. admittat ad officia ebranda , nisi
c. p. oxi. prævio examine

Ep. in Episcopus quoscumque b suos Clericos ,
frà S. ff. præscripsi in sacris constitutos , absque suo-
23. de precedenti examine , & commendatioribus litteris ,
refor. quacumque auctoritate promotos , licet tamquam habiles ab eo à quo ordinati sunt ,
cap. 8. probatos , quos tamen ad divina officia cele-

brandā seu Ecclesiastica Sacra menta mini-
stranda minūs idoneos & capaces repererit ;
à susceptorum Ordinum execitio ad tempus,
de quo ei videbitur, suspendere, & illis, ne in
altari aut aliquo Ordine ministrent , interdi-
cere possit.

C A P U T I V.

*Nullus Clericus eximatur à correctione E-
piscopi, e: iam extra visitationem.*

OMNES & Ecclesiarum Prælatori, qui ad cor- a *Suprà*
intendere debent, & à quibus nullus Clericus *Sejj 6. de*
per hujus sanctæ Synodi statuta, cuiusvis pri-
vilegii prætextu, tutus censetur , quò minus *ref. c. 3.*
juxta canonicas sanctiones visitari , puniri & *c. Irre-*
corrigi possit ; si in Ecclesiis suis resederint, fragabi-
quoscumque seculares Clericos , qualiter *princ. de*
cumque exemptos, qui alias suæ iurisdictioni *off Ord:*
subessent, de eorum excessibus, et inimicibus &
delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam
extra visitationem, tamquam ad hoc Aposto-
licæ Sedis delegati , corrigendi & castigandi
b facultatem habeant : quibuscumque exem- b *Suprà*
ptionibus, declarationibus , consuetudinibus, *Sejj 6. c.*
sententiis, iuramentis, concordiis, quæ tantum
suos obligent auctores, ipsis Clericis, ac eo- 4 *deref.*
rum consanguineis , capellanis , familiaribus, & *infr.*
procuratoribus , & aliis quibuslibet, ipsorum *Sejj. 24.*
exemptorum contemplatione & intuitu mini- *de refor.*
mè suffragantibus.

C A P U T V.

c. 5.

*Conservatorum iurisdictio certis fribus
concluditur.*

INsuper , cùm nonnulli , qui sub prætextu,
quo l super bonis , & rebus ac juribus suis
dixer eis injuriae ac molestiae inferantur , c c c. 1. &
certo, judices per litteras Conservatorias de- *c. ult. de*
putati obseruent, qui illos à m l st i s & iniuriis
hujusmodi tueantur ac defendant, & in posses- *off. de-*
sione, seu quasi , bonorum ; rerum ac iurium *leg.*
tuorum manuteneant, & conservent, nec super

illis eos molestari permittant; ejusmodi litteras in plerisque contra concedentis mentem in reprobum sensum detorquent. Idcirco nemini omnino, cujuscumque dignitatis & conditionis sit, etiam si Capitulum fuerit, a Conservatoriæ litteræ, cum quibuscumque clausulis aut decretis, quorumcumque judicium deputatione, quocumque etiam alio prætextu aut colore concessæ, suffragentur ad hoc,

a. P A U - l u s s . ut coram suo Episcopo, sive alio Superiori Ordinario, in criminalibus & mixtis causis accusari, & conveniri, ac contra eum inquiri & procedi non possit: aut quo minus, si qua iura ei ex cessione competenterint, super illis liberè valeat apud judicem ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor prioriter extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores judices in judicium trahere minime liceat. Quod si in iis causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo Conservator ab auctore suspectus esse dicatur; aut si qua inter ipsos judices, Conservatorem & Ordinarium, controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitrios in forma iuris electos, super suspicione aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum. Familiaribus vero ejus, qui hujusmodi litteris conservatoriis tueri se solent, nihil illæ profint, præterquam duobus dumtaxat, si tamen illi propriis ejus sumptibus vixerint. Nemo etiam similium litterarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque Conservatoribus judicibus ullum hebere tribunal erectum: In causis vero mercedum, aut miserabilium personarum, hujus sanctæ Syndicis super hoc decretum in suo robore permaneat. Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia, actu hospitali reformata servantia, ac Universitatum, Collegiorum, locorum & hospitalium hujusmodi per-

b. Suprà Seff. 7. c. 14: de reform. nodi superb hoc decretum in suo robore permaneat. Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia, actu hospitali reformata servantia, ac Universitatum, Collegiorum, locorum & hospitalium hujusmodi per-

sonæ in præsenti Canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sunt, & esse intellectu ligantur.

a c. Pœr
rectu

C A P U T V I.

Pœna decernitur in Clericos, qui in Sacris constituti aut beneficiis possidentes, decen- ti sui ordinis ueste non utuntur.

c. Ex
parte de
regul.

Quia verò, a eis habitus non facit monachum, oportet tamen Clericos, vestes proprio congruentes ordini semper deferre; ut per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant. Tanta au- tem hodie aliquorum inolevit temeritas, religionisque contemptus, ut propriam dignitatem & honorem clericalem parvi penden- tes, uestes etiam deferant publicè laïcales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, Cùm alterum in carnalibus. Propterea omnes Ecclesiasticae personæ, quamcumque exemplarum, aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque Eccl. clesiastica obtinuerint, si, postquam ab Episco- copo suo, etiam per edictum publicum, moniti fuerint, honestum habatum clericalem, illorum ordini & dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinariorem & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & proventibus ipsorum beneficiorum, nec non, si tempore correpti, denuo in hoc deli- quiri, etiam per privationem officiorum & be- neficiorum huiusmodi coerceri possint, & debent: Constitutionem Clementis Quinti, in Concilio Viennensi editam, d quæ incipit, Quoniam, innovando, & ampliando.

b. Cōc. 8.
Ma:isc.

c. 5..c.

ult. 41.

Dist.

Vid.con.

stit.Six.

i. V.

Sacredam

& Pas-

toralis

1589.

c 21.c.4

per 20.

tam.

Conc.

Constan-

tien.ulc

S ff 43.

de vit.

& hon-

Cler.

d Vide

Infra

XXI.

c Exod.

21. c 1.

dehom.

f Exiœ.

C A P U T V I.

Voluntarii homicide nuzquam, casuales quomodo ordinandi

Cum etiani qui e per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari avelli debeat; qui sua voluntate homicidi

illud ad diu[m] perpetraverit , & etiam si crimen id nec
abortū ordine judicario probatum , nec alia ratione
procu- publicum, sed occultum fuerit; nullo tempore
rantes ad sacros Ordines promoveri possit ; nec illi
Bulla aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam
Sixti s. non habeant animarum, conferri liceat ; sed
- effrena. omni Ordine, ac beneficio & officio Ecclesia.
tā. 15 88. stico perpetuò careat. Si verò homicidium
quā a. non ex proposito, sed à casu. vel vim vi repel-
fœtū a. lendo , ut quis se à morte defenderet , fuisse
nimarū commissum narretur; quam ob causam etiam
restrin- ad faciorum Ordinum, & altaris ministerium,
xi Gre- & beneficia quacumque , ac dignitates, iure
gorius quodanimodo dispensatio debeatur; co[n]mit-
14. fer tatur loci Ordinario aut ex causa Metropoli-
Bullam tan, seu viciniori Episcopo: qui non nisi causa
Sedes cognita, & prebatis precibus, ac narratis, nec
Aposto. aliter, dispensare possit.

C A P U T V I I I .

Nulli alienos Clericos ex privilegio punire
ligeat.

1591. Rarere, b quia nonnulli, quorum etiam
a c. In- aliqui veri sunt Pastores, ac proprias oves
quisito. habent, alienis etiam ovibus praesesse querunt,
nis, de & ita alienis subditis quandoque intendunt,
accu. & etiam Episcopali praedictus dignitate qui alie-
c. Cū no nos subditos puniendi privilegium habuerit,
ab ho- contra Clericos & sibi non subditos , praeser-
mine, de tim in facies constitutos , quorumcumque
jur. etiam atrocium criminum reos, nisi cum pro-
b c. s u. prii ipsorum Clericorum Episcopi ; si apud
deat so Ecclesiam resederit, aut personæ ab ipso Epis-
Di 1. & cedere debeat ; alias processus & inde secuta
c. S. gnif. quecumque viribus omnino carent.

C A P U T I X .

caſti. de *Beneficia unius diœcesis nullo praetextu uni-*
homic. *antur beneficiis alterius.*

c Suprà *E*T , quia iure optimo & distingue fuerunt
exp. 2. & diœcetes, & parochiae, ac unicuique gregi
Sess. 6. proprii

proprii attributi Pastores , & inferiorum Ec-cap. ulto
telaicarum Rectores , qui suatum quisque o- de refo.
vium curam habeant , ut ordo Ecclesiasticus d Conc.
non confundatur , aut una & eadem Ecclesia d
duarum quodammodo diœcœsum fiat, non si Magun.
ne gravi eorum incommodo qui illi subditi tien. sub
fuerint ; beneficium unius diœcœsis , etiam si Arnul.
parochiales Ecclesiæ, Vicariæ perpetue , aut pto Im-
simplicia beneficia, seu præstmonia , aut præ- peratore
stimoniales positiones fuerint , etiam ratione cap. 14.
augendi cultum divinum, aut numerum bene- & 15.
ficiatorum , aut alia quacumque , de causa, al- collegio,
terius diœcœsis beneficio, aut monasterio, seu A Di-
collegio, vel loco etiam pio perpetuo & non nysio
uniantur decretum hujus sanctæ Synodi super Papa in
hujusmodi unionibus in hoc declarando . Can.Ec-

cle. 13. q. 1. c Pastorali, de his que fiunt à Prelat.
Conc. i. Constantinop. c. 2. infrà Seff. 24. de refor. c. 23.
in fi. & c. 17. a Sup. Seff. 7. c. 6. & 7 & infrà Seff. 24.
de refor. c. 13. c. 15.

C A P U T X.

Regularia beneficia Regularibus con.
ferantur.

Regularia b beneficia, in titulum Regula- bc.Ciems
ribus professis provideri consueta , cùm debene-
per obitum , aut resignationem, vel aliâs illa ficio c.
in titulum obtainentis vacare contigerit , reli- prab. in-
giosis tantum illius ordinis , vel iis qui habi- 6: & in-
tum omnino suscipere & professionem emit- tere teneantur, & non aliis, nec c vestem linofrà Seff.
lanaque contextam induant, conferantur . ult.c. 28
circa

med. de regul. & men. c Deut. 21. c. cum causam,
de elect. & c. Quidam, de apost. c. In nova, 16. q. 7.

a Addi. C A P U T X I .
 tio ad c. Translati ad alium ordinem in clauſtro ſub
 27. Cō. obedientia maneant, & beneficiorum fa-
 ciliis A- cularium incapaces exiſtant.

gathēſis Q Uia verò Regulares , & de una ad alium
 b Indut. Ordinem translati , facile à ſuo Superiore
 ta & ſolent, ex quo vagandi & apoftatandi occaſio
 privile- tribuitur ; b nemo, cujuscumque ordinis Præ-
 gia huic latus, vel Superior, vigore cujusvis facultatis,
 c. ad- aliquem ad habitum & profeffionem admitt.
 versan- rere poſſit, niſi ut in ordine ipſo , ad quem
 zia an- transfertur , ſub ſui Superioris obedientia in
 ſiquat clauſtro perpetuo maneat , ac taliter transla-
 Piis ſ. ad beneficia ſecularia, etiam cutata, omnino
 Conſt. incapax exiſtat.

C A P U T X I I .

Quæ- Nemo niſi ex fundatione, vel dotatione, juſ
 cumque patronatus obtineat.

1569 c Seff. N Emo, etiam cujusvis dignitatis Ecclesia-
 ticæ, vel ſecularis quacumque ratione,
 25. c. 9 niſi Eccleſiam, beneficium, aut capellam de-
 de ref. novo fundaverit, & coaſtruxerit; ſeu jam ere-
 d. c. Pia Etam, quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit,
 exentis, de ſuis propriis & patrimonialibus bonis
 cū seq. competenter dotaverit ; d juſ patronatus im-
 petrare, aut obtinere poſſit, aut debeat. In ca-
 16. 9. 7 ſu autem fundationis, aut dotationis hujus-
 ēr cap. modi institutio Epifcopo, & non alteri infe-
 Nobis, riori reſervetur.

C A P U T X I I I .

de ju. patr. & Preſentatio fiaſt Ordinario, alias institutio
 infrā ſi nulla.

Seff. uli. N On liceat præterea & patrone cujusvis
 c. 9. d. privilegii prætextu aliquem ad beneficia
 ſuī juris patronatus, niſi Epifcopo loci ordi-
 refer. in ratio, ad quem proviſio ſeu institutio ipſius
 princ. beneficii, cellante privilegio, iure pertideret,
 c. Infrā quoque modo prætentare ; alias preſentatio,
 ſeff. 25. ac institutio, forſa ſecundæ, nullæ ſint, & eſte
 intelligantur.

C A P U T X I V.

de ref.

*Traictandum deinceps de Missa, Ordine, &c. c. 9. c. II.
reformatione. lud. &c.*

DEclarat præterea sancta Synodus, in futu-
rum de-
sequentis anni M. D. LII. habendam esse jam
decrevit, unà cum sacrificio Missæ agendum,
& tractandum etiam esse de Sacramento Or-
dinis, & prosequendam esse materiam refor-
mationis.

Arnul-
S E S S I O X V. **phi, c 4:**
Conc.

Quæ est Quinta
S A L E G U E

S U B J U L I O I I I . P O N T . M A X . **g u s t a -**
C E L E B R A T A **d i e n s e**

Die XXV. Januar. M. D. LII. **E. 13.**

Decretum prorogationis Sessionis.

CUm ex eo, quod proximis Sessionibus de-
cretum fuit, sancta hæc & universalis Sy-
nodus per hos dies accuratissime diligentissi-
mèque, tractaverit ea quæ ad sanctissimum
Missæ sacrificium, & ad Sacramentum Ordini-
nis spectant, ut hodierna Sessione, quemad-
modum Spiritus sanctus suggestisset, decreta
de his rebus, & quatuor præterea articulos ad
sanctissimum Eucharistia Sacramentum per-
tinentes, in hanc tandem Sessionem dilatos
publicaret; atque interim affuturos esse puta-
verit ad hoc sacrosanctum Concilium eos,
qui Protestantes se vocant: quorum causa eo-
rum publicationem articulorum distulerat; &
ut libere, ac sine cunctatione ulla huc veni-
rent; fidem eis publicam, sive a salvum con-
ductum concesserat. Tamen, cùm illi non-
dum venerint: & eorum nomine supp'ica um **a Supradicata S. ff. 13**
huc sanctæ Synodo fuerit, ut publicatio, quæ
hodierno die facienda fuerat, in sequentem

Sessionem differatur, certa spe allata, affuturos eos esse omnino multo ante illam Sessionem, salvo conductu amplioris formæ interim accepto, eadem sancta Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, iisdem Legato & Nuntiis praesidentibus, nihil magis optans, quam ex præstantissima natione Germanica omnes de religione dissensiones & schismata tollere, ac ejus quieti, paci otioque consulere: parata, ipsos, si venerint, & humaniter excipere, & benigne audire: confidensque, eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ, sed veritatis cognoscendæ studio esse venatos, & ut Evangelicæ veritatis studiosos decet, sanctæ matris Ecclesiæ decretis ac disciplinæ ad extremum esse acquierutos; sequentem Sessionem ad edenda & publicanda ea quæ suprà commemorata sunt, in diem festum sancti Josephi, qui erit die xix. mensis Martii, distulit ut satis illi temporis & spatii habeant, non solum ad veniendum, verum etiam ad ea quæ voluerint, antequam is dies veniat, propinenda. Quibus ut omnem cunctandi diutius causam adiunat, fidem publicam, sive salvum conductum, ejus, qui recitatibus, tenoris & sententiæ, libenter dat, & concedit. Interēa verò de Matrimonii Sacramento agendum, & de eo, præter superiorum decretorum publicationem, definiendum esse, eadem Sessione statuit, & decernit, & prosequendam eile materiam reformat enis.

S A L V U S C O N D U C T U S D A T U S P R O T E S T A N T I B U S.

SAcrosancta ecumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, inha-rendo salvo conductui, in penultima Sessione dato, & illum juxta tenorem infra scriptum ampliando, Universis fidem facit, quod omnibus & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Ca-


mitibus, Baronibus, Nobilibus, Popularibus, & aliis quibuscumque viris, cujuscumque status, & conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ, provinciæ, & nationis civitatibus, & aliis locis ejusdem, & omnibus aliis Ecclesiasticis, & ſecularibus, præfertim Augustinæ confeſſionis, personis, qui, aut quæ unà cum iofis ad hoc generale Tridentinum Concilium ve- nient, aut mittentur, ac profecturi ſunt, aut hucusque venerantur, quocumque nomine cen- ſeantur, aut valeant nuncupari, tenore præfen- tium publicam fidem, & plenissimam veriſi- mamque ſecuritatem, quam ſalvum conduc- tum appellant, libere ad hanc civitatem Tri- dentinam veniendi, ibidemque manendi, itan- di, morandi, proponendi, loquendi, unà cum ipta Synodo de quibuscumque negotiis trac- tandi, examinandi, diſcutiendi, & omnia, quæ- cumque; iſpis libuerit, ac articulos quoſlibet tam ſcripto quam verbo libere offerendi, propalandi, eosque Scripturis ſacris, & beato- rum Patrum verbis, ſententiis, & rationibus declarandi, adſtruendi, & perſuadendi, &, ſi opus fuerit, etiam ad cibetra Concilii gene- ralis respondendi, & cum iis, qui à Concilio delecti fuerint, diſputandi Christianè, aut cha- ritativè, abſque omni impedimento conferen- di, opprobriis, convitiis, ac contumeliis peni- tus ſemotis: & signanter, quod cauſæ contro- versæ & ſecundūm ſacram Scripturam, & A. a Supra- postolorum traditiones, probata Concilia, Sess. 5. in Catholicæ Ecclesiæ conſensum, & sanctorum princ. Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino trahentur: illo etiam addito, ut religionis prætextu aut delictorum circa eam commiſſorum aut committendorum minime puniantur, impartiſtur, ac omnino concedit: ſit etiam, ut propter illorum præſentiam neque in itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipta civitate Tridentina à divinis officiis quovis modo ceſſetur. Et ut, his peractis, vel non peractis,

quandocumque ipsis libuerit, aut majorum suorum mandato & assensu ad propria reverenti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla renitentia, & occasione, aut mora, salvis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis vice versa, possint juxta bene placitum liberè & securè redire, de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum : ut tunc opportune eorum securitati, absque dolg & fraude provideatur. Vult etiam sancta Synodus in hac publica fide, salvòque conductu, omnes quascumque clausulas includi, ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro pleina, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando, & redeundo; necessariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam, ad majorem securitatem, & pacis ac conciliationis bonum, exprimens, quod, si quispiam, aut illorum aliqui, sive in itinere, Tridentum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme, quod absit, egerint aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ, & assecurationis beneficium eis concessum, annullari, aut cassari: vult, & concedit, ut in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsis ducentur, & non ab aliis, condigna animadversione, cù emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniantur: illorum assecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut, si quisquam, vel aliqui ex ipsa Synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo aliquid enorme, quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli; in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo damnata, & non ab aliis, condigna animadversione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustanæ confessionis, tun. hic præsentiuin, merito laudanda, & approbanda, mox puniantur; presenti assecurationis forma, cor-

ditionibus & modo omnino minencibus illibatis. Vult praterea ipsa Sinodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus, omnibus, & singulis, toties quotiescumque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam exire de civitate Tridentina, & reverti ad eandem, nec non nuntium, vel nuntios suos ad quæcumque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere, seu destinare, ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum, & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis, per deputandos Concilii socientur, qui eorum securitati provideant. Qui quidem salvus conductus & securitas stare ac durare debeat, à tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum, post sufficientem audientiam habitam spatio viginti dierum præmisso cum ipsis petierint; aut Concilium, habita hujusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Tridento usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo favente, restituet, dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro universis & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus quibuscumque, atque omnibus aliis Ecclesiasticis & secularibus personis, cujuscumque status & conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur, inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet.

Insuper, omni fraude & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifeste, vel occulte occasionem quæsituram; aut aliqua auctoritate, potentia, iure, vel statuto, privilegio legum, vel canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præsertim Constantiensis, & Senensis, qua-^a Concep-
tusque forma verborum expressa, in aliquod Con-
cilio cuius fidei publicæ & plenissimæ affectatio-
stantis;

Sess. 19. nis, ac publicæ & liberæ audientiæ, ipsis per
in cap. ipsam Synodum concessæ, præjudicium quo-
Quod vis modo usuram, aut quemquam uti permis-
non ob suram : quibus in hac parte pro hac vice de-
stanti- rogat. Quòd si sancta Synodus, aut aliquis ex
bus sal- ea, vel suis, cuiuscumque conditionis, vel sta-
vis con- bus, aut præminentia existens, præscriptæ
ducti- assecurationis & salvi conductus formam &
bus.. modum in quocumque puncto vel clausula
 violaverit ; quod tamen avertere dignetur
 Omnipotens ; & sufficiens emenda non fuerit
 mor subsecuta, & ipsorum arbitrio meritò
 approbanda, & laudanda ; habeant ipsam Sy-
 nodum, & habere poterunt, incidisse in om-
 nes pœnas, quas jure divino & humano, aut
 consuetudine, huiusmodi salvorum conduc-
 tuum violatores incurtere possunt, absque
 omni excusatione, aut quavis in hac parte
 contradictione.



S E S S I O X V I.

Quæ est sexta, & ultima
 SUB JULIO III. PONT. MAX.

C E L E B R A T A
 D I E XXVIII. A P R I L. M. D. LII:

Decretum suspensionis Concilii.

SAcrosancta œcumenica & Generalis Tri-
 dentina Synodus, in Spiritu sancto legitimi-
 me congregata, præsidentibus in ea Reveren-
 dissimis Dominis, Sebastiano, Archiepiscopo
 Sipontino, & Aloysio, Episcopo Veronensi, A-
 postolicis Nantiis, tam eorum proprio, quam
 Reverendissimi & Illusterrimi Domini Mar-
 celli, tit. S. Marcelli sanctæ Romanæ Ecclesiæ
 Cardinalis, Crescentii, Legiti ob adversam
 ejus gravissimam valetudinem absentis, no-
 mine, non dubitat Christianis omnibus pate-
 re, hoc Concilium œcumenicum Tridentum

primitò à Paulo fel. rec. convocatum & collectum fuisse ; deinde à sanctissimo Domino nostro Julio III. efflagitante Carolo quinto, Augustissimo Imperatore , ea præcipue de causa fuisse restitutum, ut religionem in multis orbis partibus, & præsertim in Germania, in diversas opiniones miserabiliter distractā, in statum pristinum revocaret; abusus & mores Christianorum corruptissimos emendaret. Cūmque ad hoc agendum quām plurimi Patres, nulla laborum suorum , periculoī unīque habita ratione, è diversis regionibus alacriter confluxissent; résque strenue, magno fidelium concusso feliciterque procederet , ac spes esfēt non levīs, illos Germanos, qui eas novitates excitarant, in Concilium venturos , & sic animatos, ut variis Ecclesiæ rationibus unanimiter acquiescerent ; lux deiique quædam rebus astulisse videretur ; caputque attollere inciperet profligata anteā, & afflita respublika Christiana: i repente tumultus, ea bella hostis generis humani versutia exarserunt, ut Concilium velut hærere , ac suum cursum interruipere satis incommodè cogeretur, spesque omnis ulterioris progressus hoc in tempore tolleretur : tantumque aberat ut sancta Synodus Christianorum malis & incommodis mederetur, ut multoruim mentes, præter sui animi sententiam, irritaret potius quām placaret. Cūm igitur ipsa sancta Synodus , omnia , & præcipue Germaniam, armis ardere, & discordiis, videret , orantes verè Episcopos Germanos, præsertim Principes Electores , suis consultum Ecclesiis , è Concilio abiisse ; decrevit tantæ necessitati non reluctari, & ad meliora tempora rejicare ; ut Patres , quod eis nunc agere non licet, suis ovibus prospectum ad suas Ecclesias regredi valerent ; ne diutiū utrobique inutili otio conterantur. Atque ita, quoniam sic temporum conditio tulit , huius cœcumenici Concilii Tridentini progressum per biennium suspendendum fore decernit ,

prout præsenti decreto suspendit ; ea tamen lege , ut , si citius pacata res sit, ac tranquillitas pristina revertatur, quod sperat Dei Optimi Maximi beneficio non longo fore spatio futurum , ipsius Concilii progressus eodem tempore suam vim, firmitatem vigorisque habere censeant. Sin autem quod Deus avertat , peracto biennio prædicta legitima impedimenta non fuerint submota , cum primum cessaverint talis suspensio eo ipso sublata esse intelligatur , ac suus vigor , & robur Concilio sit restitutum , & esse intelligatur sine alia nova Concilii convocatione , accedente ad hoc decretum consensu & auctoritate sanctitatis suæ , & sanctæ Sedis Apostolicæ.

Interea tamen eadem sancta Synodus exhortatur omnes Principes Christianos , & omnes Prælatos, ut observent & respectivè , quatenus ad eos spectat, observare faciant in suis regnis , dominiis, & Ecclesiis omnia , & singula , quæ per hoc sacrum oecumenicum Concilium fuerunt hactenus statuta , & decreta.



BULLA CELEBRATIONIS
CONCILII TRIDENTINI
SUB PIO IV. PONT. MAX.

PIUS Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ad Ecclesiarum regimen, licet tanto oneri impares, sola Dei dignatione vocati, statim circumferentes mentis oculos per omnes Reipublicarum Christianarum partes, cernentisque non sine magno horrore, quam longè lateque pestis haec sum & schismatis pervasisset, & quanta Christiani populi mores correctione indigerent; in ea curam & cogitationem, pro suscepti munericis officio, incumbere cœpimus, quemadmodum ipsas haereses extirpare, tantumque & tamen perniciosum schisma tollere, moresque adeo corruptos & depravatos emendare possemus. Cum autem intelligeremus, ad haec sananda mala aptissimum esse remedium, quod sancta haec Sedes adhibere consueisset, oecumenici generalisque Concilii ejus congregandi, & Deo juvante, celebrandi consilium cepimus. Indictum illud quidem antea fuit à fel. rec. Paulo III. & ejus successore Julio, prædecessoribus nostris; sed variis de causis saepius impeditum, & interpellatum, perfici non potuit. Siquidem Paulus, cum id primò in urbem Mantuanam; a suprà deinde Vincentiam indixisset; quasdam ob causas, in litteris ejus expressas, id primò suspendit, postea Tridentum transtulit: deinde cum quibusdam de causis ibi quoque ejus celebrandi tempus dilatum fuisse, tandem suspensione sublata, in eadem civitate Tridentina inchoatum fuit, verum Sessionibus aliquot habitis, & nonnullis decretis factis, ipsum se postea Concilium, aliquibus de causis, accende etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, bb suprà Bononiam transtulit. Julius autem, qui ei succ. 2.

cessit, in eamdem civitatem Tridentinam id revocavit. Quo quidem tempore facta alia quædam decreta sunt; sed cùm novi in pro-

a *Sess. 11* pinguis Germaniæ locis tumultus excitatus cum seq. fuissent; & bellum in Italia & Gallia gravissimum exarsisset; rursus Concilium suspensum & dilatum fuit, adnitente nimurum humani generis hoste, aliasque ex aliis difficultates & impedimenta objiciente, ut tantum Ecclesiæ commodum, quod prorsus auferre non poterat, saltē quād diutissimē retardaret. Quantoperē verò intereā auctæ fuerint, & multiplicatae, ac propagatae hæreses, quanto perē schisma creverit, sine maximo animi dolore nec meminiſle possumus, nec referre.

b *H. 4.* Sed tandem pius & misericors Dominus, b qui numquam ita irascitur, ut misericordiæ obliviscatur, Regibus & Principibus Christianis pacem & unanimitatem donare dignatus est. Qua nos occasione oblata, maximam in spem venimus, ipsius misericordia freti, fore, ut his tantis quoque Ecclesiæ malis eadem Concilii via finis imponatur. Nos itaque ad schisma, hæresesque tollendas, ad corrigendos & reformatos mores, & pacem inter Christianos Principes conservandam, celebrationem ejus non esse duximus diutiū differendam. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus, deliberatione matura, factis etiam consilio nostri certioribus charissimis in Christo filiis nostris, Ferdinando Romanorum Imperatore electo, & aliis Regibus, atque Principibus, quos quidem, sicut de eorum summa pietate & sapientia nobis pollicebamus, para tissimos ad ipsius Concilii celebrationem ad juvandam invenimus, ad Dei omnipotentis laudem, honorem, & gloriam, atque universalis Ecclesiæ utilitatem, de eoruindem fratrum nostrorum concilio & assensu sacrum ecumenicum & generale Concilium, ex auctoritate ejusdem Dei, & beatorum Petri & Pauli

Pauli Apostolorum, qua nos quoque in
 terris fungimur, freti & subnixi, in civitate a Matte.
 Tridentina, ad sacratissimum diem Resur- c. Quar.
 rectionis Dominiæ proximè futurum indi- to. de
 cimus, & ibi celebrandum, sublata suspen- trans.
 sione quicunque, satuimus, atque decer- Episc. c.
 nimus Quo circa venerabiles fratres nostros,
 omnibus ex locis, Patriarchas, Archiepisco.
 pos, Episcopos, & dilectos filios Abbates eccl. be-
 ceterosque, quibus in Concilio generali se- nef. c.
 dere, & sententiam dicere, jure communari, Ad apo-
 vel ex privilegio, vel ex antiqua consuetudi- stolice .
 ne, licet, vehementer in Domino iortamur.
 & moneimus, atque etiam districte praeci. 5. pen. de
 piendo mandamus, in virtute sanctæ obe- rej. jud. in
 dientiæ, in vi quoque juramenti quod pra- 6. c. i. de
 stiterunt, & sub pœnis, quas in eos qui ad hom. eod.
 concilia generalia convenire neglexerint, b Pelag.
 factis sciunt esse Canonicis constitutas, ut 2. in 1.
 ad Concilium ibi celebrandum conveniant
 intra eam diem; nisi forte impedimentoo Epist.
 fuerint legitimo præpediti: quod tamen im- circa
 pedimentum per legitimos procuratores Sy- prin.
 nodo probare debebunt. Moneimus præterea
 omnes, & singulos, quorum intereat, interes. b Conc.
 seve poterit, ut in Concilio adesse ne negli- Cartb. 3.
 gant. Charissimos vero in Christo filios nos. c. 43. in
 etros; Romanorum Imperatorem electum, frà Sess.
 ceterosque Reges, & Principes quos optan, frà Sess.
 dum sane esset Concilio interesse posse, hor- 24. c. 2.
 tamur, & rogamus, ut, si ipsi Concilio in. in fin. de
 teresse non potuerint, at oratores suos, pru- reform.
 dentes, graves, & pios viros, utique mit-
 tant, qui ipsorum nomine illi interfuerint, cu-
 rantque diligenter pro sua pietate; ut ex eo-
 rum regis atque dominiis Pralati sine re-
 cusatione ac mora, tam necessario tempore,
 Deo & Ecclesiæ officium suum præstent:
 eosdem etiam curatores esse minimè dubi-
 tantes, ut per ipsorum regna & dominia tu-
 cum ac liberum iter Praelatis, eorumque fa-
 miliajibus, comitibus, & aliis omnibus ad

Concilium euntibus, & ab illo redeuntibus pateat, benignèque ac comiter omnibus in locis recipiantur, atque tractentur; sicut, quod ad nos attinet, ipsi quoque curabimus; qui nihil omnino prætermittere dectrevimus, quos ad tam pium & salutare opus perficiendum, à nobis in hoc loco constitutis, præstari possit; nihil, ut Deus scit, quærentes aliud, nihil propositum habentes in hoc Concilio celebrando; nisi honorem ipsius Dei, dispersarum ovium reductionem, ac salutem, & perpetuam Christianæ Reipublicæ tranquillitatem ac quietem. Ut verò hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium, quorum oportet, notitiam perveniant, nec quisquam ea excusatione utili possit, quod illa ignoraverit, præsertim cum non ad omnes, quos de his litteris certiores fieri oportet, tatus forsitan pateat aditus; volumus, & mandamus ut in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranen. si tunc, cum in ei populus, ut Missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam clara voce à Curiæ nostræ cursoribus, sue notariis aliquibus publicis recitentur; & postquam recitatæ fuerint, ad valvas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur; ibique, quo legi, & omnibus innotescere possint, aliquandiu relinquantur; cur autem inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes & singulos, qui his litteris comprehenduntur, post duos menses à publicationis & affixionis earum, volumi perinde adstrictos & obligatos esse, ac si ipsimet illæ coram editæ, & lectæ fuissent Transsumptis quoque earum, quæ manu publici alicujus notarii scripta, subscriptave & sigillo, & subscriptione alicujus personæ, i

Celebr. Concilii sub Pio IV. . 135

dignitate Ecclesiastica constitutæ , munita fuerint, ut sine dubitatione ulla fides habeatur, mandamus ; atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ inductionis, statuti, decreti, precepti, admonitionis & adhortationis infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum , anno incarnationis Dominicæ M. D. LXIII. Kal. Decemb. Pontificatus nostri anno primo.

ANTONIUS FLOREBELLUS.

BARENGUS.

• SACROS ANCTI OECUMENICI
ET GENERALIS
CONCILII TRIDENTINI
SESSIO XVII.

Quæ est prima,
SUB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA
DIE XVIII. JANVAR. M. D. LXII.

Decretum de celebrando Concilio.

P lacetne vobis ad laudem & gloriam ,
sancte & individuae Trinitatis, Patris , &
Filii , & Spiritus sancti, ad incrementum &
exaltationem fidei , & religionis Christia-
næ, sacrum ecumenicum & generale Con-
cilium Tridentinum , in spiritu sancto legi-
time congregatum, ab hodierto die, qui est
xviii. mensis Januaria anni à Nativitate Do-
mini MDLXII , Cathedræ Romanæ B. Petri,

M ij

Apostolorum Principis, consecrato, sublata
quacumque suspensione, juxta formam &
tenorem litterarum sanctissimi Domini nostri
Pii IV. Pont. Max. celebrati, & in eo ea,
c. Infra debito servato ordine tractari, quæ propo-
Seff. 24. nentibus Legatis, ac Præsidentibus, ad
horum temporum levandas calamitates, se-
Op. 25.c. dandas de religione controversias, coercen-
21. das linguis dolosas, depravatorum morum
refer, abusus corrigendos, Ecclesiæ veram atque
Christianam pacem conciliandam apta &
idonea ipse sanctæ Synodo videbuntur? Res-
ponderunt, Placerunt.

Indictio futura Sessionis.

Placetne vobis, proximam futuram Ses-
sionem habendam, & celebrandam esse
feria quinta post secundam dominicam Qua-
dragesimæ, quæ erit die xxvi, mensis Februa-
rii? Responderunt, Placerunt.

S E S S I O X V I I I .

Quæ est secunda,
S U B · P I O · I V . · P O N T . · M A X .

C E L E B R A T A

Die XXVI. Febr. M D LXXXI.

*Decretum de librorum delectis, & omnibus
ad Concilium fide publica invitandis.*

SAcrosancta ecclæmenica, & generalis Tri-
dentina Synodus, in Spíitu sancto legiti-
mè congregata, præsidentibus in ea eisdem
Apostolicæ Sedis Legatis, non huminis qui-
dem viribus confusa, sed Domini nostri Jesu-
b. 24:2. Christi & qui os & sapientiam Ecclesiæ suæ
21. daturum se promisit, ope & auxilio freta,
illud præcipue cogitat, ut Catholicæ fidei
doctrinam, multorum inter se dissidentium

opinionibus , pluribus locis inquinatam , & obscuratam , in suam puritatem & splendorem aliquando restituunt ; & mores qui à veteri instituto deflexerunt , ad meliorem vitæ rationem revocet ; corque a patrum ad filios , & eorū filiorum ad patres convertat .

Cum itaque omniū primū animadverterit , hoc tempore , suspectorum ac perniciosorum librorum , quibus doctrina impura continetur , & longè latēque diffunditur , numerum nimis excreuisse ; quod quidem in causa fuit , ut multæ censuræ in variis provinciis , & præsertim in alma urbe Româ , pio quodam zelo , editæ fuerint ; neque tamen huic tam magno ac perioso morbo salutarem ullam profuisse medicinam , censuit , ut delecti ad

hanc disquisitionem Patres de censuris , librisq;e quid facto opus esset , diligenter con siderarent , atque etiam ad eamdem sanctam in fin.

Synodum suo tempore referrent , quo facilius ipsa possit varias & peregrinas doctrinas tamquam dizania , à Christianæ veritatis tritico separate , deque his commodiūs d. Matt. liberare , & statuere , quæ ad scrupulum ex 13.c. Ita complurium animis eximendum , & tollendas nos in multarum querelarum causas , magis opportuna videbuntur . Hæc autem omnia ad notitiam quorumcumque deducta esse vult , prout etiam præsenti decreto deducit : ut , si quis ad se pertinere aliquo modo putaverit , quæ vel de hoc librorum & censurarum negotio , vel de aliis , quæ in hoc generali Concilio tractanda prædixit : non dubitet à sancta Synodo se benignè auditum iri .

Quoniam vero eadem sancta Synodus ex corde optat , Deumque enixè rogat , e quæ e Ps. 121 ad pacem sunt Ecclesiæ , ut universi communem matrem in terris agnoscentes , quæ Ff. Is. 49. quos peperit , oblivisci non potest ; unanimes , g uno ore , glorificemus Deum , & Patrem g Rom. Domini nostri Jesu Christi ; per viscera misericordiæ ejusdem Dei & Domini nostri ,

omnes^a, qui nobiscum communionem nec
habent, ad concordiam & reconciliationem;
& ut ad hanc sanctam Synodum veniant, in-
vitat atque hoc eratur; utque charitatem,
quod est vinculum perfectionis amplectan-
tur; pacemque Christi exultantem in cor-
dibus suis, pte se ferant, in quam vocati
b Ps. 94. sunt, in uno corpore. Hanc ergo non hu-
c Heb. manam, sed Spiritus Sancti vocem audien-
tes, b ne obdurent corda sua, sed in suo sen-
c Eph. 4. su non c ambulantes, neque ibi d placentes,
d Rom. ad tam piam & salutarem matris suae admis-
tionem excitentur, & convertantur. Om-
15. 2 nibus enim charitatis officiis sancta Synodus
eos ut invitat, ita complectetur.

Insuper eadem sancta Synodus decrevit,
fidei publicam in Congregatione generali
concedi posse, & eamdem vim habitaram,
ejusdemque robotis & momenti futuram,
ac si in publica Sessione data & decreta
fuisset.

Indictio futura Sessionis.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus,
in Spiritu sancto legitimè congregata,
presidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis
Legatis, statuit & decernit, proximam futu-
ram Sessionem habendam & celebrandam,
eis feria quinta post sacratissimum festum
Ascensionis Domini, quæ erit die xiv. Men-
sis Maii.



SALVUS CONDUCTUS
CONCESSUS
GERMANICÆ NATIONI,

In Congregatione generali die IV. Martii.

M D L X I I .

SActo sancta cœcumenica , & generalis a Hie Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legi saluos
giime congregata , præsidentibus in ea eis sedem Sedis Apostolicæ Legatis , Universis fideliter
conducere facit : quod omnibus , & singulis Sacra-tus ex-
cerdotibus , Electoribus , Principibus ; Duci-cepta
bus , Marchionibus ; Comitibus , Baronibus , exten-
militaribus , populibus , & aliis quibuscumque ad
que yiris , cujuscumque status , & condicio-
nis , aut qualitatibus existant , Germanicæ pro alias
vinciæ , & nationalis , civitatibus , ac aliis locis nationes
ejusdem , & omnibus aliis Ecclesiasticis , & habetur
Sæcularibus , præserium Augustanæ confessio suprà
fionis , personis , qui , aut que , unà cum ipsis Seff. 15.
ad hoc generale Tridentinum Concilium ve-
nient , aut mittentur , ac profecturi sunt , aut
huciusque venerunt , quocumque nomine
cesserunt , aut valeant nuncupari , tenore
præsentium publicam fidem , & plenissimam
verissimamque securitatem , quam salvum
conductum appellant , liberè ad hanc civita-
tem Tridentinam veniendi , ibidemque ma-
rendi , standi , morandi , proponendi , loquen-
di , unà cum ipsa Synodo de quibuscumque
regotiis tractandi , examinandi , discutiendi , &
omnia , quæcumque ipsis libuerit , ac articu-
los quoilibet , tam scripto quam verbo . libe-
riè offerendi , propalandi , eosque Scripturis
factis & beatorum Patrum verbis , sententiis
& rationibus declarandi , adstruendi , & per-
suadendi , & si opus fuerit , etiam ad objecta
Conciliij generalis respondendi , & cum iis
qui à Concilio delecti fuerint , disputandi .

M iii

aut charitativè absque omni impedimento conferendi, opprobriis, conviciis, ac contumelias penitus seimotis : & signanter , quod causa controversæ , secundum sacram Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata in prin. Concilia Catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur .: Illo etiam addito , ut religionis prætextu ; aut delictorum circa eam commissorum ; aut commitmentorum , minimè puniantur, imparitur, ac omnino concedit : sic etiam, ut propter illorum præsentiam , neque in itinere aut quo- cumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa civitate Tridentina à divinis officiis quovis modo cœletur. Et ut his peractis , vel non peractis , quandocumque ipsis libuerit, aut majorum suorum mandato & assensu ad propria reverti optabunt , aut aliquis eorum optabit; mox absque ulla retinientia , & occasione ; aut mora, salvis rebus eorum , & suorum pariter honore , & personis vice versa, possunt juxta beneplacitum liberè & securè redire; de Scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum , ut tunc opportunitate eorum securitati absque dolo & fraude provideatur. Vult etiam sancta Synodus, in hac publica fide, salvoque conductu, omnes quascumque clausulas includi , ac contineri , ac pro inclusis haberi, quæ propria , efficaci & sufficienti securitate , in eundo, stando & redeundo, necessarie & opportunæ fuerint. Illud etiam, ad maiorem securitatem, & pacis ac conciliationis bonum, exprimens, quod si quispiam , aut illorum aliqui, sive in itinere, Tridentum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme , quod absit, egerint aut commiserint, quo posset hujus si levi publice, & asecurationis beneficium , eis concessum , annullari , aut casuari ; vult & concedit, ut in hujusmodi facinoris deprehensi , ab ipsis


dumtaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi meritò approbanda, & laudanda, mox puniantur; illorum assecutionis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut, si quisquam, vel aliquis ex ipsa Synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliud eodem enorime, quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ, & assecutionis beneficium violari, aut quoquomodo tolli; in hujusmodi facinaore deprehensi, ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium, merito laudanda, & approbanda, mox puniantur, præsenti assecutionis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod licet ipsi Ambasciatoribus, omnibus & singulis, toties quotiescumque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam, exire de civitate Tridentinâ, & reverti ad eamdem, nec non nuntium, vel nuntios suos ad quæcumque loca pro suis decessariis negotiis ordinandis libetemittere, seu destinare, ac ipsos missos, seu destinatos, seu missuni, & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos Concilii socientur, qui corum securitati provideant, vel provideat. Qui quidem salvus conductus, & securitas stare ac durare debeat à tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem. Et rursum, post sufficientem audientiam habentem spatio viginti dierum præmisso cum ipsis petierint; aut Concilium habita hujusmodi audientia, ipsis recefsum indixerit, à Tridenti-

to usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo favente restituet, dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro universis & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus tam Ecclesiasticis quam secularibus quibuscumque, atque omnibus aliis Ecclesiasticis ac secularibus personis, cujuscumque status & conditionis existant, aut quocumque nomine censentur, inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet. Insuper, omni fraude & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifestem, vel occulte occasionem quæsitoram; aut aliqua auctoritate, potentia, jure, vel statuto, privilegio legum, vel canonum, aut

a Conc. Constantiensis, & Senensis, quacumque forma verborum expressa, in aliquod hujus
Constit. 19. dei publicæ, & plebeissimæ assecurationis;
in cap. ac publicæ, & liberæ audientiæ, ipsis per ip-
Quod sam Synodum concessat, præjudicium quo-
non ob-
stanti. vis modo usuriam, aut quemquam uti per-
bus sal-
vis con-
ductis. missurum: quibus in hac parte pro hac vice
derogat: Quod si sancta Synodus, aut aliquis
ex ea, vel suis, cujuscumque conditionis, vel
status aut præminentia existens, præscriptæ
assecuratioñis & salvi conductus formam &
modum in quocumque punto vel clausula
violaverit: quod tamen avertere dignetur
Omnipotens, & sufficiens emenda non fue-
rit mox subsecuta, ipsorum arbitrio merito
approbanda & laudanda: habeant ipsam Sy-
nodum, & habere poterunt, incidisse in om-
nes poenas, quas jure divino, & humano, aut
conluctudine, hujusmodi salvorum conda-
tuim violatores incurtere possunt, absque
omni excusatione, aut quavis in hac parte
contradictione.

Extemplo ad alias nationes.

Eadem sacrosancta Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis de latere Legatis, omnibus, & singulis aliis, qui nobiscum in iis quæ sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscumque regnis, nationibus, provinciis, civitatibus ac locis, in quibus publicè & impunè prædicatur, vel doceatur, sive creditur contrarium ejus, quod sancta Romana sentit Ecclesia, dat fidem publicam, sive salvum conductum sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.



S E S S I O X I X.

Quæ est tertia,

S U B P I O IV. P O N T. M A X.


C E L E B R A T A

D I E X I V. M A I I M D L X I I .

Decretum prærogationis Sessionis.

SAcrosancta oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, decreta ea, quæ hodie in præsenti Sessione statuenda ac sanctienda erant, iustis nonnullis ac honestis causis, in feriam quintam post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pri-die nonas Junii, proroganda esse censuit, ac prorogat; itaque die Sessionem habendam esse, ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogandus est Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, auctor pacis, ut sanctificet corda omnium; quo adjuvante, sancta Synodus & nunc & semper meditari atque pera-

agere valeat, quæ ad ejus laudem & gloriam
pertineant



SESSIO - XX.

Quæ est quartæ,

SUB PIO IV. PONT. MAX.

C E L E B R A T A

DIE IV. I V N. M D L X I I .

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, propter varias difficultates, ex diversis causis exortas, atque etiam ut congruentius, majorique cum deliberatione omnia procedant, nempe ut dogmata cum iis, quæ ad reformationem spectant, simul tractentur & sanciantur; ea quæ statuenda videbuntur tam de reformatione, quam de dogmatibus, in proxima Sessione, quam omnibus indicit in diem sextam decimam subsequentis mensis Julii, definienda

a Idem

fup. esse decrevit: a. Hoc tamen adjecto quod dictum; terrarium ipsa sancta Synodus pro Saff. 9. ejus arbitrio & voluntate sicuti rebus Cen- cilii putaverit expedire, etiam in generali Congregatione, restringere, & prorogare li- berè possit & valeat.



S E S S I O N X X I.

Quæ est quinta,

S U B P I O IV. P O N T. M A X.

C E L E B R A T A

D I E X V I . I V L I I . M D L X I I .

- Doctrina de Communione sub utraque
specie, & parviorum.

Sacrosancta & cumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Sedis Apostolicæ Legatis, cum de tremendo & sanctissimo Eucharistia Sacramento varia diversis in locis errorum monstrata nequissimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis, provinciis multi à Catholica Ecclesiæ fide atque obedientia, videantur discessisse; censuit ea, quæ ad communionem sub utraque specie, & parviorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus interdictum, ne post hac de iis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant; quam eis his decrectis explicatum atque definitum.

C A P U T I.

Laicos, & clericos non conficientes, non astrungi jure divino ad Communionem sub utraque specie.

Taque sancta ipsa Synodus, à Spiritu sancto, qui spiritus est & sapientia, & intellectus, spiritus consilii, & pietatis, edocta, auctoritate ipsius Ecclesiæ bjudicium & consuetudinem secuta declarat ac docet nullo divino precepto laicos, & Clericos non conficien-

N

in cap. 6

Sess. 13.

res, obligari ad Eucharistię Sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto salva fide dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat.

a Mat. Nam, & etsi Christus Dominus in ultima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini speciebus instituit., & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio & traditio eō Cor. 11. tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Joannem sexto, recte colligitur, utriusque specie, Communionem à Domino præceptam esse, utcumque juxta varias sanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intel-

b Joan. ligatur: namque qui dixit: b Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vo-

c Ibid. bis: dixit quoque: c Si quis manducaverit ex

d Ibid. hoc pane, vivet in æternum. Et qui dixit, d Qui manducat meam carnem, & bibit meum

e Ibid. sanguinem, habet vitam æternam; dixit etiam;

f Ibid. e Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: Is denique qui dixit, f

g Ibid. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo;

dixit nihilominus: g Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

C A P U T II.

Ecclesia potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiae.

PRæterea declarat, hanc potestatem petuò in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ sufficientium utilitati, seu ipsorum Sacramento rum veneracioni, pro rerum temporum, & locorum varietate, magis expedire judicaret. Et autem Apostolus non obscure, viuis c

innuisse, cum ait. *Sic nos nos existimet ho-* a 1. *Cor*
ino, ut ministros Christi, & dispensatores 4.2. *Cer.*
mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac
poteestate usum esse, satis constat, cum in mul- 6.
tis aliis, tum in hoc Sacramento, cum ordina- b 1. *Cor.*
tis nonnullis circa ejus usum, b *Cætera in-*
quit, cum venero, disponam. Quare agnoscens II.
sancta matér Ecclesia hanc suam in admini-
stratione Sacramentorum auctoritatem, licet
ab initio Christianæ religionis non infre-
quens utriusque speciei usus fuisset; tamen
progressu temporis, latissime iam mutata illa
conuentudine, gravibus & justis causis addu-
cta, hanc consuetudinem sub altera specie
communicandi approbavit, & pro lege ha- c *Conc.*
bendam decrevit: quam reprobare, aut sine constant
ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mu- *Seff.* 13.
taré non licet.

C A P U T III.

Totum & integrum Christum, ac verum Sa-
cramentum sub qualibet specie sumi.

*N*super declarat, quamvis Redemptor d. *Mat.*
*H*oster, ut antea dictum est d. in suprema 26:!
illa cœna hoc sacramentum in duabus spe- *Marc.*
ciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, ca-
men fatendum esse, etiam sub altera tantum 14. I.
specie totum & atque integrum Christum; *Cor.* 15.
utrumque sacramentum sumi, ac propterea, sup. c. I.
quod ad fructum attinet, nulla gratia, nec es- e. Qui
faria ad salutem, eos defraudari, qui unam *modus.*
speciem solam accipiunt.
c. Invitas. c. Singuli, de Conf. Dist. 2. sup. Seff.
23. c. 3. & Can. 3. de Sacr. Euchar.

C A P U T IV.

Parvulos non obligari ad Communione
sacramentalem.

*D*enique eadem sancta Synodus docet & infra
parvulos, usu rationis carentes, nulli *Can.* 2.
obligari necessitate ad sacramentalem Eu-

a Th. 3. charistiae Communionem: siquidem, per Baptismi lavacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit, ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt: ita certe, eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

De COMMUNICENE sub utraque specie, & parvularum..

b Supra.

CANON. I.

cap. 1. Si quis dixerit, b ex Dei præcepto, vel necessitate salutis omnes & singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere: Anathema sit.

Sess. 13.

CANON II.

c Supra tholicam non justis causis & rationibus ad c. 1. & ductam fuisse, ut laicos, atque etiam Clericos Conc. non confidentes, sub panis tantummodo Const. specie communicaret; aut in eo errasse: Anathema sit.

Sess. 13.

CANON III.

d Supra Si quis negaverit, totum, d & integrum c. 3. & Christum omnium gratiarum fontem & au-
Sess. 13. torem, sub una panis specie sumi, quia, ut cap. 3. & quidam falsò afferunt, non secundum ipsius Can. 3. Christi institutionem sub utraque specie su-
matur: Anathema sit.

Conc.

CANON IV.

Conf. Si quis dixerit, e parvulis, antequam ad an-
tid. nos discretionis pervenerint, necessariam esse e Supra Eucharistiæ communionem: Anathema sit.

prin. Duos verò articulos, f alijs propositos,

cap. 4. nondum tamen excusos, videlicet: An ratio-
f Sub. nes, quibus sancta Catholica Ecclesia addu-

Sess. 13.

non celebrantes sacerdotes , sub una tantum *panis specie*, ita sint retinendæ , ut nulla ratione Calicis usus cuiquam sit permittendus; etiam & An , si honestis , & Christianæ charitati inf. *Sess.* consentaneis rationibus concedendus alicui, 22. in vel; nationi vel regno Calicis usus videatur, *Decreto* sub aliquibus conditionibus concedendus sit; & quæcumque sint illæ; Eadem sancta Synodus, *finali*. & in aliud tempus , oblata sibi quam primum a *Infra* occasione , examinandos atque definiendos *Sess.* 12. reservat. *Ibid.*

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta oecumenica, & generalis Tridentina Synodus , in Spitu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicae Sedis Legatis , ad Dei omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea, quæ sequuntur, de reformatio- nis negotio in præsenti statuenda esse ceasuit,

C A P U T . I.

Episcopi gratis cum Ordines conferant, tum dimissorias & testimoniales dent: pro quibus eorum ministri nihil prorsus, Notarii, quod in Decreto prefinitum est, accipiant.

Quoniam ab ecclesiastico ordine omnis ^a *Vide-* Qavaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro *qua* cir- collatione quocumque Ordinum , etiam *ca Simo-* clericalis Tonsuræ, nec pro litteris dimis *niacos* soriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte obla- *statuit* tum, Episcopi , & alii Ordinum collatores. *Piss* 5. aut eorum ministri quovis prætextu accipiāt. *in const.* Notarii vero in iis tantum locis , in quibus Cum non vigeret laudabilis consuetudo nihil acci- *primum* piendi , pro singulis litteris dimissoriis , aut *1566.* testimonialibus, decimam tantum unius au- ^b *Conce-*

2. *Later.* rei partem accipere possint ; dummodo eis
c. 1. & nullum salarium sit constitutum pro officio
Later. 4. exercendo : nec Episcopo ex notarii commo-
c. 63. dis aliquod emolumentum ex eisdem Ordin-
e Chalce. num collationibus directe vel indirecte pro-
c. 2. venite possit, tunc enim gratis operam suam
cap. 3. rias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam
surelii. immemorabiles, quorumcumque locorum,
2.c. 3. quæ potius abusus, & corruptæ simoniacaæ
2.let. 3. pravitati faventes, nuncupari possunt, penitus
Cass. 3. c. cassando, & interdicendo : & qui lecūs fece-
Sicut E- riat, tam dantes, quād accipientes, ultra
1. if. 1 q. 2. &c cap. 1. de simon. c. De quibus Milevitis.
Con. cap. 1 q. a Locis supra citatis.

C A P U T . II.

*Ercentur à sacris Ordinibus, qui non ha-
 bent unde vivere possint.*

b Diaconi sunt. C um non deceat eos, qui divino mini-
§ Nunc coreb mendicare, eut. folidum aliquem
autem questum exercere: competitumque sit, com-
93. Dist. p uces plerisque in locis ad sacros Ordines
nullo ferè delectu admitti: qui variis artibus
• Bulla ac fallaciis contingunt, se beneficium Eccle-
Pii V. siasticum, aut etiam idoneas facultates obti-
1548. rere: statuit sancta Synodus, ne quis dein-
que 33. ceps Clericus & secularis, quamvis alias sit
cipit, idoneus moribus, scientia & arte, ad sacros
Reina- Ordines promoteatur, nisi prius legitime.
nus, ex constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod
rendit possidere. Id verò beneficium resignare non
ad cleri possit, nisi facta mentione, quod ad illius
eos reg- beneficij titulum sit promotus, neque ea resi-
non pro- gnatio admittatur, nisi constito, quod aliunq.

De reformatione.

151 fessos;

de vivere commode possit: & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem ordinari posthac non men nos possint, nisi illi quos Episcopas. judicaverit ligat Re assumendos pro necessitate vel commoditate ligiosos ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa licet vo. deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut tantum exstingui, vel remitti nullatenus possint; do. simplici nec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint emise. adepti: vel aliunde habeant, à unde vivere possint antiquorum canonum poenas super his innovando. quia uerè nihili

Luminis sunt Religiosi professi, uti declarauit Gregorius 13. Bulla Ascendente 1584. & Gregorius 14. Bulla Ecclesiæ 1591. c. Non liceat. c. Episcopus c. Cùm secundum &c. Tit. de præv. c. si Episcopus; eodam in 6. Conc. Later. sub Alex 3. parte 1. cap. 2.

C A P U T . L I I I .

Ratio distributiones quotidianas augendi prescribitur; consuetudo. qua non residen- res nihil uim minus tenia parte fructuum percipiunt, laudes uero: absentiū consuma- cia punitur.

Cum b beneficia ad divinum cultum ac. b c. fin. que ecclesiastica munia obeunda sint de rescr. constituta, ne qua in parte minuatur di- vinus cultus, sed ei debitum omnibus in 6. in rebus obsequium præstetur: statuit san-cta Synodus in Ecclesiis, tam cathedrali- bus quam collegiatis, c in quibus nullæ sunt Sess. 2. distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fru. de refor- tuam, & quorumcumque proventuum; & cap. 3.

N iiii.

obventiosum, tam dignitatum, quam canoniciatum, personatum, portionum, & officiorum, separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quae inter dignitates obtinentes, & ceteros divinis interessentes, proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendo, dividantur: salvis tamen consuetudinibus earum ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil vel minus tercia parte percipiunt: non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellacionibus quibuscumque. Crescenteque non defor. servientium contumacia, liceat contra eos cap. i. c. procedere, juxta juris & ac sacerdotum canum al. dispositionem.

a Infrā
S. ff. 23
de ref.

boc. ēr
sej. de.
cler. nōⁿ
refil.

C. A P U T T I V.

Sacerdota per convenientem Sacerdotum numerum exhibeantur. Ratio novas p. 3. -
parochias erigendi traditur.

F

b e fin.
de Ecol.
adif.

Piscopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis ministrandis & cultui divino peragendo: b co-gant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ubi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficient ad Sacraenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In iis ve-ro, in quibus ob iocorum distantiam, sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacraenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, cuam invitis Rectoribus, juxta formam constitutionis Alexандri III.

quæ incipit, & Ad audientiam, constitue- a Vide
re possint. Illis autem sacerdotibus, qui de *infra*
novo erunt Ecclesiis noviter erectis præfi- XXII.
ciendi: competens aliq[ue]netur portio arbitrio
Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matri-
cem quomodocumque pertinentibus: & si
necessæ fuerit, compellere possit populum ea
subministrate, quæ sufficiant ad vitam di-
ctorum sacerdotum sustentandam: quacum-
que reservatione generali, vel speciali, vel
affectione super dictis Ecclesiis, non ob-
stantibus. Neque huiusmodi ordinationes &
erectiones possint tolli, nec impediti; ex
quibuscumque provisionibus, etiam vigore
resignationis; aut quibusvis aliis derogatio-
nibus, vel suspensionibus.

C A P U T V .

*Possint Episcopi facere uniones perpetuas, in
casibus à jure permisssis:*

Etiam Ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur: possint Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinen-
tium, facere b[ea]tificies, perpetuas quarum, cumque Ecclesiarum parochialium, & ba-
ptismalium, & aliorum beneficiorum, cura-
torum, vel non curatorum, cum curatis, propter earum paupertatem, & in ceteris casibus à jure permisssis, etiam si dictæ Ecclesiæ vel beneficii essent generaliter vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta. *c. Lat. sub Leone X. Ses. 9. de ref. curie;*

g. 1. gnum tres menses excedere; & haberi ratio-
c. Postu- nem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo
gregis detrimento quod an ita sit, absceden-
tias, tium conscientiæ relinqat, quam sperat Re-
de votū. ligiosam & timoratam fore, **a** cūm Deo
a c. Cūm corda pateant b cuius opus non fraudulenter
ex eo, de agere, suo periculo tenentur. Eosdem interim
elect. in. admonet, & in Domino hortatur, ne per
illius temporis spatiū, Dominici Adven-
6. c. Be- tus, Quadragesimæ, Nativitatis Resurrectio-
neſcīum nis Domini, Pentecostes item, & Corporis
de regul Christi diebus, quibas refici maximè, & in
eod, **g. c** Domino gaudere Pastoris præsentia oves de-
2. in fir. beant ipsi ab Ecclesia sua cathedrali ullo pa-
sus Seff. sto absint, nisi Episcopalia munia in iua Dicē-
cessi eos alio vocent.
6. de re- Si quis autem quod utinam nunquam e-
fer. Sar. veniat, contra hujus decreti dispositionem
d'icen. absuerit, statuit sacrosancta Synodus, præ-
Concil. ter alias poenias adversus non residentes,
sub d Paulo III. impositas & invocatas, ac
cap. 14. mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum
a Ps. 7. prorata temporis absentiæ fructus suos non
b fer. facere, nec tuta conscientia, alia etiam de-
48. claratione non secuta, illos sibi detinere
d c. Si posse; sed teneri aut ipso cessante, per Su-
periorē Ecclesiasticum illos fabricare Eccle-
guis in siarum, aut pauperibus loci erogare, pro-
elero. **7.** habita quæcumque conventione vel com-
E. 3. ex positione, que profructibus male perceptis
Concil. appellatur; ex qua etiam prædicti fructus in
Agath. totum; aut pro parte ei remitterentur **no**

obstantibus quibuscumque privilegiis cui- a Suprà
cunque collegio aut fabrica conceélis. Sess. 6.

Eadem omnino , etiam quo ad culpam, de ref.
missionem fructuum , & pœnas de curatis c. 2. c. 2.
inferioribus , a & aliis quibuscumque , qui
beneficium aliquod Ecclesiasticum , curam c. Con-
animarum habens, obtinent, sacrolaneta Sy. queren-
nodus declarat & decernit , b ita tamen , ut te , &
quandocumque eos , causa prius per Episco- ferè pe-
pum cognita & probata, abesse contigerit, Vi- totam ,
carium idoneum , ab ipso Ordinario ad pro- decler.
bandum , cum debita mercedis assignatione
relinquant. Discedendi autem licentiam in non re-
scriptis gratisque concedendam ultra bime- fid.
stre tempus, nisi ex gravi causa , non obti-
neant. Quod si , per edictum citari etiam a Suprà
personaliter , contumices fuerint , liberum Sess. 6.
esse vult Ordinariis per censuras ecclasiasti- de ref.
cas, & sequestrationem; & substrationem fru- c. 2.
etuum , aliaque juris remedia etiam usque
ad privationem, compellere; nec executionem
hanc, quolibet privilegio, licentia, familiarita- b c. Be-
te, exemptione , etiam ratione cujuscumque ueficiū ,
beneficii , pactioae, statuto , etiam juramen- de Re-
to, vel quacumque auctoritate confirmato,
consuetudine etiam immemorabili, qua po gul. in
tiùs corruptela censenda est, sive appellatio 6.
ne , aut inhibitione, etiam in Romanæ Cu-
riæ , vel vigore a Eugenianæ constitutionis a c. Di-
suspensi posse Postremò, tam decretum illud vina, de
sub b Paulo III. quām hoc ipsum in Conciliis privile-
Provincialibus , & Episcopalis publicari giis , in
sancta Synodus præcipit : cupit enim , quæ Extr.
adeo ex Pastorum munere animarumque sa-
lute sunt, frequenter omnium auribus menti- c. mm.
busque infigi, ut in posterum , Deo juvante, b Supr
nulla temporum injuria, aut hominum obli- Sess. 6.
vione, aut desuetudine aboleantur. de ref..

c. 4.

C A P U T I.

Ecclesiis praefecti consecrationis munus intra tres menses suscipiant : consecratio quo loco peragenda.

a Con. **E**cclesis & Cathedralibus, se superioribus,
Chale. **E**quocumque nomine ac titulo praefecti,
actio. 16 etiam si sancte Romanæ Ecclesie Cardinales sint, si minus consecrationis intra tres
cap. 15. menses non suscepint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur: si intra
Con. Vormat. totidem menses postea id facere neglexerint;
cap. 76. Ecclesis ipso iure sint privatis Consecratio
c. 240- verò extra curiam Romanam fiat, in Ecclesia
niam, 75 ad quam promoti fuerint, aut in provincia
 si commodè fieri poterit, celebretur.

Dif. c.

C A P U T II.

Quenam. **E**piscopi extra agitudinem per se Ordines
10. Dif. conferant.

¶ supra **E**piscopi per semetipos Ordines confe-
Seff. 7. **E**ran, quod si ex agitudine fuerint impediti;
deref. a subditos suos non aliter, quamcum proba-
a Infrā tos, & examinatos, ad alium Episcopum
s. 8. ¶ ordinandos dimittant.

10 Con-
cil Cen-
ttag. 3.

C A P U T IV.

Qui prima Tonsura initiandi

b.c. fin. **P**rima Tonsura e non initientur, qui Sa-
 cramentum confirmationis non suscep-
 de temp. rent & fidei regulamēta edocti non fuerint; qui-
 eridin. in que legere & scribere nesciant; & de qui-
 bus probablis conjectura non sit, eos non
 secularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo
 fidicem cultum prætent, hoc vitæ genus
 elegisse.

C A N O N . V

Ordinandi, quiens instrudi esse debant.

A minores Ordines promovendi, bonum
 Patrocho, & à magistro scholæ, in qua

educantur, testimonium habeant. Hi verò, qui ad singulos majores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum & natalibus, ætate, moribus & vita à fide dignis diligenter inquirat ; ^{a Quan} & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem ^{do. Dist.} factam continent, ad ipsum quam primum ^{24.} transmittat.

C A P U T VI.

a Con.

Ætas quæ uordicim annorum ad beneficium Ecclesiasticum requiritur: quis privilegio fori gaudere debeat.

3. Cart.

1613. c.

22. O.

4. Cart.

Nullus prima Tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, b ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. c Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, & Tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat; vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versetur. In Clericis vero conjugatis servetur constitutio Bonifacii VIII. quæ incipit, e Clerici, qui cum conjug. unicis: modò hi Clerici, alicujus ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eiadem ecclesiæ serviant vel ministrent; & clericali habitu & Tonsura utantur, nemini, quo ad hoc, privilegio vel consuetudine, etiam immemorabili suffragante.

C A P U T VII.

*Examinandis sunt ord. nandi à viris peritis
juris Divini & humani.*

Sancta Synodus, antiquorū Canonum vestigiis inhærendo, discernit, ut, quando Q. iij.

b. Quæ

do. 24.

Dist.

Episcopus ordinationem facere disposerit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopus autem Sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis divinae legis; ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi adscitis, ordinandorum genus, personam, etatem, institutionem, mores,
 a Suprà doctrinam, & fidem a diligenter investiget
 c. 5. & examinet.

b Gelas. C A P U T VIII.

1. in Ep. Quomodo & à quo unusquisque promoveri debeat.
 1.c. 13.

c. ult. Ordinationes b sacrorum Ordinum, sta-
 7.s. Dif. tutis à jure temporibus, ac in Cathedra-
 c. i. cum li Ecclesia vocatis præsentibusque ad id Ec-
 seqz. de clesiae Canonicis, publicè celebrentur; si
 temp. autem in alio Diœcesis loco, præsente Cle-
 ordin. ro loci: dignior, quantum fieri poterit, Eccle-
 sia semper adeatur. Unusquisque autem à
 Con. a proprio Episcopo ordinetur. Quod si b.
 Cart. e. quis ab alio promoveri petat, nullatenus id
 21. Sup. ei, etiam cuiusvis generalis aut specialis re-
 scripti vel privilegii prætextu, etiam statutis
 Seff. 14. temporibus permittatur; nisi ejus probitas
 de ref. ac mores e Ordinarii sui testimonio commen-
 2. & 3. dentur: si secus fiat; ordinans à collatione:
 c Suprà Ordinem par annum, & ordinatus a suscepto-
 cap. 9. rum Ordinum executione, quamdiu proprio
 Con. Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

Aurel,

C A P U T I X.

5.c.5. c. Episcopus familiarem ordinans, conferat p. 8.
 2. 21. q. statim beneficium re ipsa.

p. 10. 8'anc. l. Episcopus familiarem suum non subditum
 eam seq secum fuerit commoratus; a & beneficium,
 de temp. quacumque fraude cessante, statim re ipsa
 ordina. illi conferat: consuetudine quacumque, etiam
 p. 8. immemorabili, in copiarium non obstante.

Episcopis inferiores Pratali Tonsuram vel de preb.
minores Ordines ne conferant, nisi Regu-
laribus sibi subditis. nec ipsi, aut Capitulo
quacumque dimissorias concedant: gravio-
ri in Decretum peccantibus pena statuta

Abbatis, ac aliis quibuscumque, quan-
tumvis exemptis, non liceat in poste-
rum, intra fines alicuius Diocesis consisten-
tibus; etiam si nullius Diocesis, vel exem-
pti esse dicantur, cuiquam, qui Regulatis
subditus sibi non sit Tonsurata vel minores
Ordines conferre: nec ipsi Abbates, & alii
exempti, aut collegia, vel Capitula qua-
cumque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, lit-
teras dimissorias aliquibus Clericis saecula-
ribus, ut ab aliis ordinentur, concedant: sed
horum omnium ordinatio, servaris omnibus
& quae in hujus sanctae Synodi decretis con-
tinentur, ad Episcopos, intra quorum Dioc-
esis fines existant, pertineat, non obstante-
bus quibusvis privilegiis, præscriptionibus,
aut consuetudinibus, etiam imminorabiliter seqq. &
bus. Peccatum quoque impositam iis qui con-infrā e:
tra hujus sanctae Synodi b sub Paulo, III. de II. cum
cretum, à Capitulo, Episcopali Sede vacante seqq.
te, litteras dimissorias impetrant; ad illos, qui
eisdem litteras non à Capitulo, sed ab aliis à Suprà
quibusvis, in jurisdictione Episcopi loco Ca-
pituli, Sede vacante, succendentibus, obtinerent,
mandat extendi. Concedentes autem
dimissorias contra formam decreti, ab officio
& beneficio per annum sint ipso jure sus-
pensi.

C A P U T X I .

Interstitia in susceptione minorum Ordinum d c In
de certa alia præcepta observanda.
Minores Ordines iis, qui saltem Latini singulis
cam linguam intelligent, per temporum 77. Dif.
O. iiiij & inf. e.

interstitia , nisi aliud Episcopo expedire magis videretur , conferantur ; ut cō accuratiū ,
a Infrā quantum sit huius disciplinæ pondus , possint
c. 17 c. 1 edoceri , & ac in unoquoque munere , iuxta
15. Dist. in ea , qui adscripti erunt Ecclesiæ nisi forte
Con. 1. ex causa studiorum absint ; atque ita de
Bra. cap. gradu in gradum adscendant ; ut in eis cum æ-
ren. cap. rate vite meritum & doctrina major accres-
37. 1. cat , quod & bonorum morum exemplum ,
Nic. c. 2. & assiduum in Ecclesia ministerium , atque
Sard. major erga Presbyteros , & superiores Ordini-
c. 15. n's reverentia , & crebriorquā ante corpori
Christi Communio maxime comprobabunt .
Cum que hinc ad altorū gradus & sacra-
flissima mysteria sit ingressus ; nemo illis initie-
b Con. tur , b quem non scientiæ spes , majoribus Or-
Tolet. 8 dinib⁹ dignum ostendat . Hi vero non nisi
c. 8. cap. post annum à susceptione postremi gradus
Qui Ec- minorum Ordinum sicut sacros Ordines pro-
elestasti. moveantur : nisi necessitas , aut Ecclesiæ
cis & utilitas , judicio Episcopi , aliud exposcat .

seq. Dis. **C A P U T XII.**
tinc. 59. Æta: ad maiores Ordines requisita: dignitatem
a 2. T. *dumtaxi: affirmandi.*

Let. c. 1. **N**ullus in poterū ad Subdiaconatus
& 3. Ordinem ante vigesimum secundum , ad
Ca. th. Diaconatus ante a vigesimum tertium , b ad
c. 4. & Presbyteratus c antevigesimum quā tam
Agath. tatis siue annū promoveatur . Sciant tamen
c. 16. ar- Episcopi , non singulos in ea ætate constitu-
tos , debere a ihos Ordines aſſu ni : sed di-
num 2 gnos du mtaxit , & quorum probata vita se-
requi- nectus sit . Regulares quoque nec in minori-
rebaꝝ ætate , nec ne fidiligen: d Episcopi examine
b An- ordinentur : privilegiis quibuscumque , quo
ad hoc , penitus exclusi.

nūm 30.

requirit.

c. Si quis

& c.

C A P U T X I I I .

ter. 78.

*S*ubdiaconi & Diaconi ordinatio qualis, & Dicit. &
eorum munus : n. li Ordines Sacri duo : Co:ce. 42.
conferantur eodem die. T o l e t . c .

Subdiaconi & Diaconi ordinentur , a ha:^{18.} & ^{19.} G. c. G.
bentes bonum testimonium, & b in mino-^{c. c.} G.
ribus Ordinibus jam probati, ac litteris, & iis, neralem.
qua ad ordinem exercendum pertinent , in-de ~~ata~~.
structi. Qui sperent, Deo auctore , c se con- & qual.
tinere posse; Ecclesiis, quibus adscribentur , si sal-^{in Clem}
inserviant; sciantque maxime decere , si sal-^{in Clem}
tem d'ebus Dominicis & solemnibus, comit Oraiz
altari ministraveri , factam Communionem narium
percepint. Promoti ad sacrum Subdiaconat. loci de-
cuss Ordinem, d si per annum saltem in eo bere esse
non sint versati , ad altiorum gradum , nisi
al'ud Episcopo videatur, adscendere non per-^{decrevit}
mittantur. Dic facti Ordines a non eodem Clement
die, etiam Regularibus , conferantur: privile. VIII.
giis, ac indulxit quibusvis concellis , non ob. 1569.
stantibus quibuscumque. I. Ti.

C A P U T X I V :

m o n t h . 3 .

*Q*uinam a Presbyteratum assumendi: assum^d Conc.
p*ro*sum manus. ^b Tolet.

4. 16 c.

Qui piè & fideliter in ministeriis antē^e *Qui. c. c.*
actis se gesserint , & ad Presbyteratus que
Ordinem assūmuntur , b bonum habeant Dicit 77.
testimonium : & hi sint qui non modo in ^e - A.
Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob
Ecclesiae utilitatem ac necessitatem aliud ^{multit,}
Episcopo videatur, ministraverint; sed etiam ^d etat.
ad populum docendum ea qua scire omni- & qual
bus necessarium est ad salutem , ac ad mi-
nistranda Sacra menta , diligent et amineb Sup.
præcedente, idonei comprabentur: atque ita cap. 11.
pietate ac castis moribus conficiuntur, ut præ- h. c. Lit.
ciaria bonorum operum exemplum, & vita ^feras, &

e Delect. 193 **S E S S I O X V I I .**
de temp. monita ab eis possint expectari. Curet Episcopus, ut iij saltē diebas Dominicis, &
ord. festis solemnibus, si autem curam habuerint
c. ii. animarum, tam frequenter, ut suo munere
b 1. Tim satisfaciant, Missas celebrent. *Cum prom-*
3. Con. *tis per saltum si non ministraverint, Episco-*
pus ex legitima causa possit dispensare.

Tolet. 4

C A P U T X V .

cap. 19.

a^o So- *Nullus confessiones audiat, nisi ab Ordinario*
licitu- *approbatu.*

do, 23. **Q**uamvis Presbyteri in sua ordinatione à
Dist. 4 peccatis absolvendi potestatem acci-
piant; dicernit tamen sancta Synodus, nul-

6. Si off. lum a etiam Regularem, posse confessiones
secularium, etiam sacerdotum, aufile, nec
cia,

Dist. 59. ad id idoneum reputari; nisi aut parochiale
beneficium, aut ab Episcopis per examen,
si illis videbitur esse necessarium, aut alias
idoneus judicetur, & approbationem, qua
gratis detur, obtineat, priuilegiis, & con-
suetudine quacumque etiam immemorabili,

a c. Ne- non obstantibus.

minem

C A P U T X V I .

5. Con. Arcentur ab Ordinibus Ecclesiis inutiles, &
¶ 16. c. vagi

Sancto- **C**UM nullus debeat ordinari, qui iudicio
rum 70. sui Episcopi non sit utilis aut necessarius

Dist. c. suis Ecclesiis; sancta Synodus, vestigiis sexti

Tac, de Canonis a Concilio Chilcedonensis in hexa-
modo statuit, ut nullus in posterum ordine-
ele, po-

reg. tur, nisi illi Ecclesia aut pro meo, pro eius
necessitate aut utilitate assunxit, non ad-

Cen. scribitur, ubi suis fungatur ministeribus, nec
incertis vagetur sedibus. b Quod si locum

Antice inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum

sub ful exercitium interdicatur, Nullus præterea

1 cap. 7. Clericus peregrinus & sine commendatiis sui

Chalc. Ordinarii litteris ab ullo Episcopo ad divi-

cap 1:6. na celebranda & Sacraenta administranda
Aquis- admittatur.

*Quæ ratione exercitia minorum Ordinem phan. 5.
reperienda. possim.*

VT sanctorum Ordinum à Diaconatu ad Epur. Ostiariatum functiones, ab Apostolo- e: 6. & zuim temporibus in Ecclesia laudabiliter re- ceptæ & pluribus intermissione, in usum juxta Aurel. sacros a Canones revocentur ; nec ab hæ- s. c. s. reticis, tamquam otiosæ, traducantur ; illius b. c. Con- pristini moris restituendi desiderio flagrans Laodi, Sancta Synodus, decernit, ut in posterum hu- c cen. c. juscemodi ministeria non nisi per constitutos in dictis Ordinibus exerceantur ; omnesque 41. &. & singulos Praelatos Ecclesiærum in Domino Garthz. hortatur, & illis præcipit, ut, quantum fieri c. 26. eommodè poterit, in Ecclesiis Cathedrali- 25. Dist. bus, collegiatis & parochialibus suæ Diœ- cesis, si populus frequens, & Ecclesiæ pro- c. Ace- ventus id ferre queant, hujusmodi functiones lythus eruent restituendas, & ex aliqua parte re- c. Exor- dituum aliquorum simplicium beneficiorum cista. c. vel fabricæ Ecclesiæ, si proventus suppetant Lector aut, utriusque illorum, eas functiones exer- c. Ostia- centibus stipendia assignent : quibus si negli- gentes fuerint, Ordinarii judicio, aut ex par. rius, & te multari, aut in totum privari possint. c. Psal- Quòd si ministeriis quatuor minorum Or- mista. dinum exercendis Clerici cælibes præsto non ;. Dist. eront suffici possint etiam conjugati, vita pro- sup:c. 11. batæ ; & dummodo non bigami, ad ea mu- nia obeunda idonei, & qui Tonsuram & ha- Eno. bitum Clericalem in Ecclesia gestent. p. ist. 4.

C A P U T V I .

c. 8.

Forma erigendi Seminarium Clericorum: cum Seff. i c., preserim tenuorum ; in cuius erectione segg. de plurima observanda: de educatione promobigam. vendorum in Cathedralibus & majori- non ordi- bus Ecclesiis-

34. To-

CUm adolescentium ætas, nisi a recte in- let in c stituatur, prona sit ad mundi voluptates Omnis

stat. 12. sequendas; & nisi à teneris annis ad pietatem
 g. 1. Gen & religionem informetur, antequam viciorum
 8. Con. habitus totos homines possidet nunquam
 Aquis. perfectè, ac sine maximo ac, singulari pro-
 gran. c ptemodum Dei omnipotentis auxilio in disci-
 135. La- plina Ecclesiastica perseveret: sancta Synodus
 teran. statuit, ut singulae Cathedrales, Metro-
 sub Leo- politanae: atque his majores Ecclesie, pro-
 ne X. modo facultatum; & Diocesis amplitu-
 Sess. 9. dine certum pueroru*m* ipsius civitatis, & dioce-
 de ref. ses, vel ejus provinciae, si ibi non reperian-
 tur, numerum in collegio ad hoc prope ip-
 sis ecclesiis, vel alio in loco convenienti, ab
 piscopo eligendo, alcere, ac religiose ducare,
 & Ecclesiasticis disciplini instituere tenean-
 tur. In hoc verò collegio recipiantur, qui
 ad minimum duodecim annos, ex legitimo
 matrimonio nati sint; ac legere & scribere
 competenter noverint; & quorum indoles
 & voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis
 ministeriis perpetuo inservitulos Pauperum
 autem filios præcipue eligi vult; nec tamen
 ditorum excludit, modo suosumptu alan-
 tur, & studium præ se ferant Deo & eccl-
 esiae inserviendi. Hos pueros Episcopus in
 tot Classes, quot ei videbitur, divisos, juxta
 eorum numerum ætatem, ac in disciplina ec-
 clesiastica progressum, partim cum ei oppor-
 tenum videbitur, ecclesiarum ministro addi-
 cet; partim in collegio erudiendos retinebit
 aliosque in locum eductorum sufficiet: ita
 ut hoc collegium Dei ministrorum perpe-
 tum seminarium sit. Ut vero in eadem dis-
 ciplina ecclesiastica commodius instituantur,
 Tonsura statim atque habitu Clericali sem-
 per utentur: grammatices; cantus, computi
 ecclesiastici & aliarumque bonarum artium
 disciplinam discent: sacram Scripturam, li-
 bros ecclesiasticos, homiliae Sanctorum, at-
 que Sacramentorum tradendorum, maxime
 quæ ad confessiones audiendas videbuntur
 opportuna, & rituum ac cærimoniarum for-
 mas

mas ediscent. Curet Episcopus , ut singulis diebus Missæ sacrificio interfint , ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata , & iuxta confessoris judicium sumant corpus Domini nostri Jesu Christi , cathedrali , & aliis locis ecclesiis diebus festis inserviunt . Quæ omnia , atque alia , ad hanc rem opportuna & necessaria , Episcopi singuli cum consilio duorum Canonicorum seniorum , & graviorum , quos ipsi elegerint , prout Spiritus sanctus suggererit , constituent , eaque ut semper obseruentur , sibi pius visitando operam dabunt Dyscolos , & incorrigibiles , ac malorum morum seminatores acriter punient eos , etiam si opus fuerit , expellendo omniaque impedimenta auferentes , quæcumque ad conservandum & augendum , tamplum & sanctum institutum pertinere videbuntur , diligenter curabunt . Et quia ad collegij fabri , cam instituendam , & ad mercedem praecipitibus & ministris solvendam , & ad alienam juventutem , & ad alios semiptus certi redditus erunt necessarii , ultra ea quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus Ecclesiis & locis destinata , quæ eo ipso huic Seminario sub eadem Episcopi cura applicata teneantur , iidem Episcopi cum consilio duorum de Capitulo , quatuor alter ab Episcopo , alter ab ipso Capitulo eligitur ; itemque duorum de Clero civitatis , excepit ; et quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum , alterius vero ad Clerici pertinet , ex fructibus integris mensæ Episcopalis , & Capituli , & quarecumque digni . Bullis datum , personatum officiorum , præbendo . Pii V . rum , portionum Abbatiarum , & Prioratum , Apostolorum cujuscumque Ordinis , etiam Regularis , licet aut qualitatis , vel conditionis fuerint , & hospitalium , quæ dantur in titulum , vel administrationem , iuxta constitutionem Concilii oman Viennensis , quæ incipit . b Quia contingit : & nos officiorum quorumque etiam Regula

Roma- rium, etiam si juris patronatus cuiuscumque
num fuerint etiam si exempta , etiam si nullius,
1603 diœcesis , vel aliis Ecclesiis , Monasteriis,
& Hospitalibus, & aliis quibusvis locis piis,
b Vide etiam exemptis , annexa , & ex fabricis Ec-
cœlarearum , & aliorum locorum , etiam ex
XVII. quibuscumque aliis Ecclesiasticis redditibus
8up. Seu proventibus , etiam aliorum collegio-
rum ; in quibus tamen Seminaria discentium
7. c. 13 ad commune Ecclesiae bonum promoven-
de refor. dum actu non habentur ; hæc enim exempta
eise voluit : præterquam ratione reddituum ,
qui superflui essent ultra convenientem ipso-
rum Seminariorum sustentationem , seu cor-
porum , vel confraternitatum , quæ in non-
nullis locis scholæ appellantur , & omnium
monasteriorum , non tamen mendicantium ,
etiam ex dicimis quacumque ratione ad lai-
cos , ex quibus sublidia Ecclesiastica solvi so-
lent , & milites cujuscumque militiæ , aut or-
dinis , pertinentibus , fratribus sancti Joannis
Ierolymitani dumtaxat exceptis , partem ali-
quam , vel portionem detraheant : & eam
portionem sic detraætam , nec non beneficia
aliquot simplicia , cujuscumque qualitatis &
dignitatis fuerint vel etiam praætimonia , ei
praætimoniales portiones , etiam arte vaca-
tionem nuncupatas sine cultus divini , & illa
obtinentium præjudicio huic collegio appli-
cabunt . Quod locum habeat , etiam si benefi-
cia sint reservata , vel affecta ; nec per resigna-
tionem ipsorum beneficiorum , uniones & ap-
plicationes suspendi , vel ullo modo impe-
diri possint , sed omnino quacumque vacatio-
ne , etiam si Curia effectum suum sortiatur
& quacumque constitutione non obstante .
Ad hanc autem portionem solvendam , be-
neficiorum , & dignitatum , personatum , &
omnium , & singulorum supra commemora-
torum possessores non modo pro se , sed pro
pensionibus quas aliis forsitan ex dictis fructi-
bus soliverent , retinendo tamen pro rata ,
quidquid pro dictis pensionibus illis erit sol-

vendum , ab Episcopo loci per censuras ecclasiasticas ac alia juris remedia compellantur; etiam vocato adhoc , si videbitur, auxilio brachii secularis : quibusvis, quoad omnia & singula supradicta, privilegiis , exemptionibus , etiam si specialem derogationem requirent, consuetudine, etiam immunitabili, quavis appellatione, & allegatione, quæ executionem impedit, non obstantibus. Succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, vel aliter Seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur ; tunc portio ex singulis beneficiis; ut supra detracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium & aliarum majorum ecclesiarum prelati in hac Seminarii erectione ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detrectaverint ; Episcopum Archiepiscopum , Archiepiscopum & Superiorum Synodus provincialis acriter scorripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat; & ut quam primum hoc sanctum & pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur : studiosè curabit Rationes autem reddituum hujus Seminarii Episcopus annis singulis accipiat praesentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clero civitatis deputatis.

* Deinde, ut cum minori impensa hujusmodi scholis instituendis provideatur, statuit sancta Synodus, ut Episcopi , Archiepiscopi, Primates , & alii locorum Ordinarii scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectionis vel doctrinæ munus annexum , ad docendum in ipsis scholis instituendos per se ipsos, si idonei fuerint ; alioquin per idoneos substituros, ab eisdem scholasticis eligendos , & ab Ordinariis approbandos , etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant. Quod si iudicio Episcopi dignai non fuerint; alium , qui dignus sit no-

minent ; omni appellatione remota Quod si neglexerint Episcopus ipse deputet. Diccebunt autem praedicti , quæ videbuntur Episcopo expedire. De cetero verò officia, vel dignitates illæ , quæ scholasteriæ dicuntur, non nisi Doctoribus , vel Magistris , aut Licentietis in sacra pagina, aut in jure canonico, & aliis personis idoneis , & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur : & aliter facta provisio nulla sit, & invalida; non obstantibus quibusvis privilegiis , & consuetudinibus , etiam immemorabilibus . Si verò in aliqua provicia ecclesiæ tanata paupertate laborent, ut collegiam in aliquibus erigi non posset, Synodus provincialis vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in ecclesia Metropolitana , vel alia Provincia Ecclesia commissori, unum aut plura collegia, prout opportunum iudicabit , ex fructibus duarum aut plurium Ecclesiastum, in quibus singulis collegiis commode institui non potest regenda curabat ; ubi pueri illarum ecclesiarum eduntur.

In Ecclesiis autem amplias dioceses habentibus , possit Episcopus unum vel plura in dioecesi , prout sibi opportunum videbitur , habere Seminaria ; quæ tamen ab illo uno, quod in civitate erectum & constitutum fuerit, in omnibus dependeat.

Postremo , si vel pro unionibus , seu proportionum taxatione, vel assignatione , & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit ob quam hujus Seminarii institutio vel conservatio impediretur , aut perturbaretur : Episcopus cum supradéputatis, vel Synodus provincialis, pro regionis more , pro ecclesiarum & beneficiorum qualitate, etiam suprà scripta si opus fuerit , moderando , aut augendo, omnia & singula, quæ ad felicem hujus Seminarii profectum necessaria & opportu-

videbuntur, decernere, ac providere valeat.
Indictio futura Sessionis.

IN super, eadem sacrosancta Tridentina Synodus proximam futuram Sessionem in diem decimam sextam mensis Septembri indicit: in qua agetur de Sacramento Matrimonii, & de aliis si qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediti possint; item provisionibus Episcopatum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac de diversis reformationis articulis.

Prerogata fuit Sessione usque ad d. e. xi. Nov.

M D L X I I I .

S E S S I O X X I V .

Quæ est Octava,

S U B P I O I V . P O N T . M A X .

C E L E B R A T A

D I E X V . N O V . M D . L X I I I .

^aGen. 2.

Doctrina de Sacramento Matrimonii.

^{Eph. 5.}

^bc. Fra-

MATRIMONII perpetuum indissolu- ternitas
bilemque nexus primus humani ^{35. q. 10.}
generis parens divini Spiritus, in- ^{c. Debi-}
stinctu pronunciavit. cum dixit ^atum, de
Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de ^bbiga, c. i.
carnemea quamobrem ^b relinquet homo ^{c. Debi-}
patrem suum & matrem, & adhærebit uxo- ^{in prin:}
ri suæ, & erunt duo in carne una. ^{de cona}

Hoc autem vinculo duos tantummodò co- ^{ju} ^{le} ^{fr.}
pulari, & conjungi, Christus Dominus ^a ^{Mat. 19.}
pertius docuit, cum postrema illa verba, tan- ^c ^{Mat.}
quam à Deo prolatæ, referens dixit: b ^{Ita-}
que jam non sunt duo, sed unacaro: statimque ^{16. Mat.}
ejusdem nexus firmitatem ab Adam tanto ^{10. c.}
antè pronuntiatam, his verbis confirmavit: M ^{ti-}
d quod ergo Deus conjunxit homo non se- ^{nut.} ^{de}
paret.

R. ijij

^{cog. sp̄it}

c. *Sunt* Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret ; & indissolubilem unitatem qui 27. confirmaret : conjugésque sanctificaret, ipse q. 2 c Christus, venerabilium Sacramentorum institutor atque perfector, sua nobis passione dælibus, promeruit quod. Paulus Apostolus innuit dicens ; Viri diligite uxores vestras, sicut de èon- Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradi- sang. & dit pro ea mōx subjungens : Sacramentum hoc affin. magnum est : ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.

a *Ephes* Cūm igitur Matrimonium in lege Evan- gelica veteribus connubiis per Christum g. in fin gratia præster : meritò inter nova legis Sa- c. Nemo crumenta annumerandum sancti Patres no- in fin. 12 tri, b Concilia, & b universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt : adversus quam q. 4. c. impii homines hujus sæculi insanientes, non Dehinc, solum perpetiam de hoc venerabili Sacra- de big. mento senserunt, sed de more suo, prætex- tu Evangelii, libertatem caruis iuriducen-

b Con- tes, multa ab Ecclesiæ catholica sensu, & Floren- ab Apostolorum temporibus probata, con- siuum suetudine aliena, scripto & verbo afferue- sub Lu runt, non sin magna Christi. Fidelium jactu- genio 4 ra. Quarum tenacitati sancta & universalis Synodus cupiens occurrere insigniores præ- a c. Ad diectorum schismaticorum hæreses, & erro- solen e res, ne plures ad se trahat pernicioſa eorum d. m. d contagio, exterminandos duxit, hos ipsos hæretico eorumque erroredecernens Ana- thematisinos.

De SACRIFICIO MATRIMONII.

19 Mar.

C A P U T I.

10. *Eph.* Si quis dixerit matrimonium non esse verè & propriè unum ex septem legis Evange- abclen- licæ, Sacramentis & à Christo Domino in- dam de stitutum, sed ab hominibus in Ecclesia inven- hæres. cum- neque gratiam conferre; Anathema sit.

Si quis dixerit, b licere Christianis plures uxores, & hoc nulla lege quis sit. 19. c. Si res simul habere uxores, & hoc nulla lege quis sit. 19. c. Si divina esse prohibitum; Anathema sit. q. 7. r. 10.

Caput III.

tit. de-

Si quis dixerit, c eos tantum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui Levitico exprimentur, posse impedire matrimonium contra dictum, & dirimere contractum: nec posse Gaudete Ecclesiam in noscibiliis illorum dispensamus: de re, aut constituere, ut plures impedianter, & dirimant; Anathema sit. sponsa duar. c. 8. q. 10.

Caput IV.

c Levit

Si quis dixerit, d Ecclesiam non potuisse constitueri impedimenta matrimonium dirimenti, vel in iis constituentibus errasse Anathema sit. 8. c. Pit. 30. q. 30.

Caput V.

35. q. 2

Si quis dixerit, e propter haeresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam a conjugi, dissolvi posse matrimonii viaculum; Non Anathema sit. 8. c. per totam. c. Non debet dt

Caput VI.

censan.

Si quis dixerit, f matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis profissionem alterius conjugum non dilatum; Anathema sit. A. a Matth. 17. 1.

Caput VII.

Cor. 4.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare cum do. Sup. sicut, & docet, g juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam propter adulterium, alterius conjugum matrimonii vinculum non possesse dissolvi, & utrumque vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit: non posse altero coniuge vivente, aliud matrimonium contrahere; incecharique eum, qui dimisit adultera, aliam duxerit, & eam illa cōquæ, dimissio aduicero, alii nupierit, Anathema sit. c. 2. cc. Le- ge, Dicit. 10. c. De dīver.

Canon VIII.

Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum ob R. iiiij. c. De in fidelie.

b. 45, de 170 **S E S S I O X X I I . -**
muitas causas separationem inter conjugia
conjug. quoad thorem , seu quoad cohabitationem
et affin ad critum incertum tempus fieri posse-
fc. Co decernit , Anathema sit.

mifsum

C A P U T I X .

de ipsa Si quis dixerit , & Clericos in sacris Ordini-
bus constitutos , vel Regulares , castita.
a Matt. tamen solemniter professos posse in matrimonio-
19. Luc niun re , contractumque validum esse , non
6. 3. Cor obstante lege Ecclesiastica , vel voto , & oppo-
7. c. Pla. situm nil aliud esse , quam damnare matri-
cuit *cū* monium , qui non ientunt se castitatis , e-
multiis tiam si eam voverint , habere donum ; A-
nathema sit : cum Deus id recte petentibus
seq. 32 , non deneget , nec b patiatur nos supra id :
q. 7. c. quod possimus tentari.

Gaudie

C A P U T X .

mus, de Si quis dixerit , & statum conjugalem an-
teponendum esse statui virginitatis vel cæli-
divor. batus & non esse melius & ac beatius mane-
re in virginitate aut cælibatu , quam jungi
a Dist. matrimonio , Anathema sit.

C A P U T X I .

27. c. Presby Si quis dixerit prohibitionem solemnitatis
nuptiarum b eest s anni temporibus super-
teris , & fictionera esse tyannicam ab Ethnicorum
seq. 17 superstitione perfectam : aut benedictiones , &
q. 1. per alias ceremonias , quibus Ecclesia in illis
totam uititur damnaverit ; Anathema sit.

C A P U T X I I .

Extra Si quis dixerit , causas matrimoniales non
Qui aer spectiri ad iudices Ecclesiasticos ; Anathe-
ma sit.

venit

Conc. Chartagin. IV. c. 104. *et Mariscon.* I. c. 12.
b 1. Cor. 10. *Mut.* 19. *I. Cor.* 7 in fin. c. *Nuptiarum* 32.
q. 1. c. Quisicit. 13. q. 5. c. *Commission* , de sponsal.
b c. Nuptiarum, 27. *q. 1. Infr. r.* 10 *r. for. matr. c.c.*
Mulierum, 35. *q. 6. c. 3. in de consangu.* & *c. Acces-*
centibus, de excess. *Pralas.*

Matrimonii solemniter contrahendi forma in despont.

Conc. Laterana prescripta innovatur: quo, b c. Non ad proclamationes dispensare posset Epis omnis copus. Quò aliter, quam presentibus Pa. e. Honore. rachio. & duobus vel tribus testibus con- rasantur, trahit, nihil agit. & c. fi.

TAmetsi dubitandum non est clandestina ^{32: q.2.} matrimonia libero contrahentium consensu facta, ^{c. Ali-} & rata & vera esse matrimonia, ^{ter,} [&] quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit: ^{& c.} Nos proinde inter damnandi sint illi ut eos, san. trates, ^{30. q.5.} etia Synodus Anathemate damnet, qui ea vera, ac rata esse negant; quique falsò affirmant ^{c. Vide-} matrimonia, à filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis aec. pes. illa semper b detestata est, atque prohibuit. *Conc.* Verum cum sancta Synodus animadvertat, *Tolet.* e! prohibitiones illas propter hominam inobedientiam jam non prodesset; & gravia Pec. 10. Cōc: cata perpendat, quæ ex eisdem clandestinis *Bisen.* conjugiis ortum habent; præsertim verò eo. *sineuse!* rūi qui in statu damnationis permanent, anni duin, priore uxore, cum qua clām contra ^{1559..} zerant, relictā, cum alia palam contrahunt ^{art.5. c.} & cum ea in perpetuo adulterio vivunt, cui malo cum ab Ecclesia, & quæde occultis non spons. & judicat succurri non possit, nisi efficacius ali- ^{matr.} quod remedium adhibeatur. Idecirco facit *Concil.* Lateranensis Concilii, sub Innocentio 111. *Came-* celebrati, vestigiis inhærendo præcipit ut in posterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium contraha- ^{rat.. an-} tur, ter à proprio contrahentium Paro. tti. 9 de c ho tribus continuis diebus festivis in Eccle- ^{matr.} sia inter Misericordiarum solemnia publicè denun- b c. Cōc.

uluisti tictur, inter quos: matrimonium sit contrar.
 g. 24^c bentum quibus: denuntiationibus factis, si
 Ut no. nullum legitimum oponatur impedimentum
 strum ut clericus procedatur: ubi Parochus viro &
 Eccl. be. muliere interrogatis, & eorum mutuo con-
 def. fine sensu intellecto, vel dicat Ego vos in ma-
 diem tō. trimonium conjungo, in nomine Patris, &
 ferātur. Filii, & Spiritus sancti: vel aliis utatur ver-
 c Conc. ciꝝ ritum. Quid si aliquando probabilis
 Later. fuerit suspicio, matrimonium malitiosè im-
 IV. c. 51. pediri posse, si tot præcesserint denuntatio-
 nes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat;
 & c. vel saltem Parocco, & duobus vel tribus te-
 iCūm stibus præsentibus matrimonium celebretur,
 inhibi- deinde ante illius consummationem denun-
 bio, de. tiationes in Ecclesia fiunt; ut, si aliqua
 land. subsunt impedimenta, facilis detegantur:
 a. ifp. nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut
 2. Vide prædictæ denuntiationes omittantur: quod
 14r, 33. illius prudentia & judicio sancta Synodus
 q. 6. relinqui. Qui aliter, quam præsente Parocco
 vel alio sacerdote: de ipsius Parochi seu
 Ordinarii licentia, & duobus vel tribus te-
 stibus matrimonium contrahere attentabunt:
 eos sancta Synodus sic ad contrahendum
 omnino inhabiles reddit: & a. hujusmodi
 contractus irritos & nullos esse decernit,
 prout eos præstenti decreto irritos facit, & an-
 nullat. Insuper Parochum, vel alium sacer-
 dotem, qui cum in nove testium numero, &
 testes, qui sine Parochio, vel, sacerdote,
 b. c. 1. hujusmodi contractui interfuerint, necnon
 eum ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordina-
 multis rii puniri præcipit. Præterea eadem sancta
 seq. 30. Synodushortatur, ut conjuges ante bene-
 dictionem sacerdotalem, in templo susci-
 piendam, in eadem demo. nov. cohabitent:
 c. Nullo statuitque b benedicti nem à proprio Paro-
 cho fieri neque à quaquam, nisi ab ipso,
 q. 5p Parocco, vel ab Ordinario, licentiam ad præ-

dictam benedictionem faciendam alii sacerdoti concedi posse : quacunque consuetudine ; etiam immemorabili , qua potius corruptela dicenda est, vel privilegio , non obstante. Quod si quis Parochus , vel alias sacerdos , sive regularis sive secularis sit etiamsi id sibi ex privilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat , alterius Parochiæ sponsus sine illorum Parochi licentia matrimonia conjungere aut benedicere ausus fuerit ; ipso jure tamdiu suspensus maneat quandiu ab Ordinario ejus Parochiæ qui matrimonio interesse debebat , seu à quo benedictio suscipienda erat absolvatur. Habeat Parochus librum , in quo conjugum & testium noniun , diemque & locum contrati matrimonii describat ; quem diligenter apud se custodiat. Postremò sancta Synodus conjuges hortatur , ut antequam contrahant vel saltem triduo ante matrimonii consummationem , sunt peccata diligenter confiteantur , & ad sanctissimum Eucharistia sacramentum piè accedant. Si quæ provincia aliis , ultra prædictas , laudabilibus consuetudinibus & cærimonias hac in rentuntur , eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat. Ne verò hæc tam salubria præcepta quemquam lateant Ordinariis omnibus præcipit , ut , cum primum potuerint . current hoc decretum populo publicari ac explicari in singulis suarum Diœcesum parochialibus Ecclesiis , idque in primo anno quam sèpissimè fiat , deinde verò quoties expedire viderint. Decernit insuper , ut huiusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robut post triginta dies habere incipiat , à die primæ publicationis , in eadem Parochia factæ , numerandos.

C A P U T I I.

Inter quos cognatio spiritualis contrahatur.

DOcet experientia , propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus

a Decla^r prohibitis ignoranter contrahi matrimonia:
eatur, b in quibus vel non sine magno peccato perse-
Bullam veratur, vel ea non sine magno scandalo di-
pii V. rimuntur. Volens itaque Ianc^ta Synodus huic

Cūm incommodo providere, & à cognationis spi-
ritualis impedimento incipiens, statuit, ut
illius unus, tantum, sive vir, sive mulier, juxta sa-
vocem, erorunt b Canonum instituta, vel ad sum-
1566. mum unus & una baptizatum de Baptismo
b c. Non suscipiant; inter quos ac baptizatum ipsum,
plures & patrem & illius & matrem, nec non inter
de Cons. baptismatum, baptizatique patrem ac ma-
trem tantum c spiritualis cognatio contrahab-
Dist. 4. tur. Parochus, antequam ad baptizandum
c. Ve- conferendum accedat, diligenter ab iis, ad
niens, quos spectabit, sciscitetur, quem vel quos
& ser- elegerint, ut baptizatum de sacro fonte su-
pet tot scipiendum admittat; & in libro eorum
de cog- nomina describat, docéatque eos quam co-
nat. gnationem contraxerint, ne ignorantia ulla
spirit. excusari valeant. Quod si alii ultra designa-
c Quam tos, baptizatum tetigerint, cognationem
vis eod. spiritualem nullo pacto contrahant, a consti-
in 6. tutionibus, in contrarium facientibus, non
a c. Su- obstantibus. Si Parochi culpa vel negligē-
per qui ptiū secūs factum fuerit, arbitrio Ordinarii
bus c. Puniat. Ea quoque cognatio quæ ex Confir-
matiōne contrahitur, e confirmantem &
Pista- confirmatum illiusque patrem & matrem,
ac tenentem non egreditur: omnibus inter-
cium, & alias personas hujus spiritualis cognationis
c. f. 30. impedimentis sublatis.

g. 3. c. I. C A P U T III.

c. Super Publica honestatis impedimentum certum
eos, & limitibus coarctatur.

ferè per. JUstitia publicæ honestatis impestimen-
totum, dicitum ubi sponsalia quacumque ratione
de co- valida non erunt sancta Synodus prorsus
gn. spir. tollit ubi, autem valida fuerint, primum

gradum non excedant ; quoniam in ulterio-^{c. 1. in 9.}
rious gradibus iam non potest huiusmodi a c. qua
prohibicio absque dispendo obliterari. ^{vis, de}

C A P U T I V . ^{cog. spir.}

*Affinitas ex fornicatione ad secundum in 6.
gradum restringitur.* ^{b c. 2. 30.}

P Rete ea sancta Synodus, eisdem & aliis, q. i. c. 1.
gravissimis de causis adducta & impedi-^{de cog.}
ni otium, quo d b propter affinitatem est for-^{spir. in 6.}
nicatione contractam inducitur, & matri-^{c Decla-}
monium post à factum dirimit, ad eos tan-^{ratur b.}
tum, qui in priuino & secundo gradu conjun-^{c. Bullæ}
guerit restringit : in ulterioribus velò gradii. *Pij V.*
niam potea contractam non dirimere. ^{Ad Ro.}

C A P U T V .

*Si intra gradu prohibitos contrahatur; manum
grave ratio i. sis dispensandum.* ^{spectat,}

S i quis : ^{1563.} gradus prohibitos scienter
mat, etiam contrahere praesumplerit, c. 1. de
sej. sit, & ipse dispensationis consequendæ sponsal.
cerreat, id que in eo multò magis locum ha-^{i. 9}
beat, qui non tentum matrimonium con-^{de c. 2. e-}
trahere, sed etiam consummare ausus fuerit ^{dam, cū}
Quod si ignoranter id fecerit, siquidem fo-^{multis}
lemnitates requiritas in contrahendo matri-^{monio neglexerit, eisdem subiciantur pœnis: seq. 32. q.}
d non enim dignus est, qui Ecclesix beni-^{7. 3:9:0}
gnitatem facile experiat, cuius salubria tit. te eo
præcepta temere contempsit. Si verò fo-^{quicog.}
lemnitatibus adhibitis impedimentum ali-^{xxv. sua.}
quod postea subesse cognoscatur, cuius ille ^{Bulla}
probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius *Decla-*
cum eo, & gratis dispensari poterit. In con-^{ratus.}
trahendis matrimonii vel nulla omnino da-^{Bulla}
tur dispensatio, vel raro, iaque ex causa &
gratis concedatur. In secundo gradu num. *Pij 5. Ad*
quam dispensetur, nisi inter magnos Princi-*Romani*
pes ; & ob publicam causam. ^{Pon. i. f.}

S cœan.

1566 d.c. f. c. pan. de claud. def. Citem unica de cens.
C off. c. f. ie imm. Eccl. c. Quia frustis de usur.

a c. f. de
rapt.

C A P U T V I .

In raptore animadvertisur.

Dicitur sancta Synodus ; inter raptorem & raptam , quinque ipsa in potestate raptoris manserit , nullum posse constitutre matrimonium . *a* Quod si raptam à raptore separata & in loco tuto & libero constituta , illum in virum habere consenserit , eam raptor *26.c.ees,* in exorem habeat ; & nihilominus raptor *c. Def* ipse , *b* ac omnes illi consibum , auxilium & *36.q.2.* favorem præbentes , sine ipso jure excommunicati ac *c* perpetuò infames , omniumque dignitatum incapaces ; & si Clerici fuerint , de proprio gradu decidant . *d* Teneatur præterea raptor mulierem raptam , sive *cc.Con-* eam uxorem duxent , sive non duxerit , de *sanguineorum* center arbitrio judicis dotare .

3.7.4. D

C A P U T V I I .

c. Con-
*stitui-**Vagi matrimonio cante jugendi.*

nus, 3. **M**Ulti sunt *c* qui vagantur , & incertas *q. 5.* **H**abent sedes , & , ut improbi sunt in *d Exod* genii , primā uxore relicta , aliam , & plerumque plures , illa vivente diversis in locis ducunt , cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere , omnes , ad quos spectat , paternè monet ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant : *21.c.1* **M**agistratus etiam sæculares hortatur , ut *de adul-* eos severè coerceant : Parochis autem præcipit , ne illorum matrimonii interficiat , nisi prius diligenter inquisitionem fecerint , & re ad Ordinarium delata , ab eo licentiam id faciendi obtinuerint .

C A P U T V I I I .

Concubinatus pœnis gravissimis punitur.

GRave peccatum est , homines solutos concubinas habere ; gravissimum verò , & in hujus magni Sacramenti singularem

contemptum admissum, uxoratos quo- *Sess. 25.*
que in hoc damnationis statu vivere, ac audere eas quandoque domi etiam *c. 14. de*
cum uxoribus alere, & retinere; quare, *refor.*
ut huic tanto malo sancta Synodus op- *Conc.*
portunis remedii provideat, statuit *Rom. sub*
hujusmodi concubinarios, tam solitos quam *N. c. 2.*
uxoratos & cujuscumque status, dignitatis &
conditionis existant, si postquam ab Ordina- *in fi.*
rio, etiam ex officio, ter admoniti ea de re *Conc.*
fuerint, concubinas non ejecerint, sive ab *Laserā.*
earum consuetudine non se junxerint, excom- *sub Lec-*
municatione feriendos esse; à qua non absolu- *ne 10.*
vantur, donec re ipsa admonitioni factæ obe-
dierint. Quod si in concubinatu per annum *Sess 9. de*
censuris neglectis, permanserint, contra eos *ref curia*
ab Ordinario severè pro qualitates criminis & aio.
procedatur, Mulieres, b five conjugatæ, rū vers.
sive solutæ, quæ cum adulteris seu concu- *Concu-*
binatiis publicè vivunt, si ter ad monitæ *bizarrii*
non paruerint, ab Ordinariis locorum: *Cong.*
nullo etiam requirente, ex officio graviter *Tebet. 1.*
pro modo culpa puniantur; & extra ospi-
dum, vel diœcésim, id eisdem Ordinariis vi- *c. 17. c.*
debitur, invocato, si opus fuerit, brachio *Is qui,*
sæculati, ejiciantur; d aliis poenis contra *cap. 3. Dist.*
adulteros & concubinarios inflictis, in suo *b Cen.*
robore permanentibus.

C A P U T I X.

Arelau-
ten. II.

Ne domini temporales aut magistratus quid cap. 3.
piam libertati - matrimonii contrarium c. Fra-
molianeur. *ternita-*

Ita plerumque temporalium dominorum *c. 34.*
iac magistratum mentis oculos terreni *Dist.*
affectus atque cupiditates excœcant ut vi. *c. Si con-*
ros, & mulieres, sub eorum iurisdictione. *c. Sen-*
degentes, maximè divites, vel spem ma- *cubinae*
gnæ hereditatis habentes, minis & poenis de *en. ex.*
adigant cum iis matrimonium, invitos *com. c. 2.*
contrahere, quos ipsi domini vel magistra- *de ocha?*
tus illis præscriperint. c Quare cum maxi-
S 1j

me nefarium sit in matrimonio libertatem vio.
G. mul. tare, & ab eis injurias nasci, & quibus iura
a *Eas* dē exspectantur, præcipit sancta Synodus om-
innovari nibus, cuiuscumque gradus, dignitatis &
G. auger conditions existant, sub h. Anathematis pœ.
Sixtus sna, quam ipso factio incurvant, re quovis
Bullā modo directe vel indirecte subditos suos,
Ad com liberè matrimonio contrahant.

prescen-

dū: 1586

C A P U T X.

b c. Cum Nuptiarum solemnitates certis temporibus
locum, c. prohibentur.

Requisi b **A**d adventu Domini nostri Iesu Christi
wit, e usque in diem Epiphoniae, & à festa
s. Genz. quarta Cinerum usque in Octavam Pascha.
ana, de tis inclusive; antiquas solemnium nuptia.
spous. sumi prohibitions diligenter ab omnibus
obser vanti sancta Synodus præcipit, in ali.
c Conc. verò temporibus nuptias solemniter cele.
Parisen brati permittit: quas Episcopi ut ea qua de.
i. c. 6. c. cet modestia & honestate fiant, curabent: &
Nu 1. 5 sancta e in res est matrimonium, & san.
cte tractandum

30. q. 2.

Derecum de Reformatione.

2 Conc. Adem sacro sancta Synodus reformatio.
Laodi. Enis materiam prosequens, hæc in pri.
cen. Ca. tenti Sessione statuenda decernit.

51. Con.

C A P U T I.

Salegis Norma procedendi ad creationem Episcop.
stadien rum & Cardinalem.

1. 3. c. Nō **S** in quibuslibet Ecclesiæ eradicibus pro-
operet, videnter scient rque curandum est, ut in
cū tribus Domini domo nihil sit inordinatum; nihil
seq. 33. q. que præpostorum multò magis elaborandum
4. c. Ca. est, ut in electione ejus qui supra omnes gra.
pellanus miliae domini status & ordo nutabit, si quod
de fer. requiritur in corpore, non inveniatur in ca.

pice. Unde, et si alia sancta Synodus de promovendis ad cathedrales & superiores inde. 26. Ecclesiis nonnulla utiliter decrevit; hoc ta. *Dist.*
men munus hujusmodi esse censet, ut, si b.c. Mi-
pro rei magnitudine expendatur: numquam *ramus*; satis cautum de eo videri possit. Itaque ita. *Dist. 61.*
tuit, ut, cum primum Ecclesia vacaverit, *c Suprà*
sione tractabitur de sexto nunc in eam dilato
capite, & de reliquis reformationis capitil-
bus jam exhibitis, deque aliis ad eam perti-
nentibus. Si vero opportuam videbitur, &
tempus patietur, poterit etiam de nonnullis
dogmatibus tractari, prout suo tempore in
Congregationibus proponentur.

*Abbreviata ej̄ dies Sessionis.***S E S S I O X X V .***Quæ est nōa & ultima.***S U B P I O I V . P O N T . M A X .****C O E P T A D I E I I I . A B S O L U T A
D I E I V . . D E C E M . M D L X I I I .***Decretus de Purgatorio.*

Cum Catholica Ecclesia , Spiritu sancto a Sup.
edocta , ex sacris litteris , & antiqua Pa- *Seſſ. 6.*
trum traditione, in sacris Conciliis , & novis- *Can. 30.*
firè in hac ecclamica Synodo docuerit, *a.* *Seſſ.*
Purgatorium esse, animasque ibi detertas, f. *in Seſſ.*
āelium, suffragiis, pontificium verò accepta- *21. 2.*
bili altaris sacrificio iuvati ; præcipit San. *in Can.*
Eta Synodus Episcopis , ut sacram de Purga- *3.*
torio doctrinam, b à sanctis Petribus & la-
cris Concillis traditam à Chilii fidelibus b *qua-*
credi, teneat, doceri , & ubique prædicari *lis*, c
diligenter studiant. Apud radem verò ple- *seq. Diſt.*
bem difficiliores ac subtiliores questiones, d
quæque ad ædificationem non faciunt, & ex *25.*
quibus plerumque nulla sit pietatis accessio, e *Care.*
à popularibus canonibus secludantur, e In *Care.*
certa item, vel quæ specie falsi laborant, e *Fleren.*
vulgari ac tractari non permittant. Ea verò Seſſ. ult.
quæ ad curiebatem quamdam aut superstitionem spectant, vel cuide lucrum sapiunt d *1. Tim.*
tamquam scandala & fidelium offendicula *1.*
prohibeant. f Cutent autem Episcopi, ut fide-
lium vivorum suffragia, Missarum scilicet sa- *e Care.*
cificia, orationes, eleemosynæ, aliisque pieta-
tis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus *Later.*
defunctis fieri consueverunt, secundum Ec. *sub Leo.*
clesiæ instituta piè. & devotè fiant ; & quæ ne *10.*
pro illis ex restatorum fundationibus, vel a
lia ratione debentur, non perfundorè, sed f *Infrā*
à sacerdotibus , & Ecclesiæ ministris & aliis c. & de
qui hoc præstare tenentur diligenter & ac reform,
curatè , persolvantur. V *iiiij*

De invocatione, veneratione, & Reliquiis
Sanctorum; & sacris imaginibus.

- a 86. **M**ansiā Sancta Synodus a omnibus Episcopis, & ceteris docendi munus curāmque iustinentibus, ut juxta Catholicae & Apostolicae Ecclesie usum, à primævis Christianæ religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta & in primis de Sanctorum intercessione, invocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu, fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos, unā cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerte, bonum atque utile esse suppliciter eos invocare: b & ob beneficia impetranda à Deo per Filium ejus Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Salvator est ad eorum orationes, opem auxiliūmque confugere: illos vero qui negant, Sanctos, æternam felicitatem in celo fruentes, invocandos esse; c. 3. de aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare vel eorum, ut pro nobis etiam singularis orent; invocationem esse idolatriam vel pugnare cum verbo Dei, adversarique honoris unius mediatoris Dei & hominum Jesu Christi; vel stultum esse, in celo regnantibus voce vel mente supplicare, impie sentire, Sanctorum quoque Martyrum & aliorum 3. & 6. cum Christo viventium sancta corpora, quæ viva membra fuerunt Christi d& templum Spiritus sancti ab ipso ad æternam vitam suam scitanda & glorificanda à fidelibus e veneranda esse: per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur: ita ut affirmantes, Sanctorum reliquiis venerationem atque honorum non deberi: vel eas, aliāq[ue] Sacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari; atque eorum opis impetrandæ causa Sancto-Nican. rum memorias frustra frequentari: omnino 2. condemnandos esse, prout jam pridem eos 6. damnabit, & nunc etiam damnat Ecclesia,

Imagines porrè Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum in templis præsentia habendas & retinendas, eisque debitu[m] honorem & venerationem impetrarendam ; non quod credatur incise aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colenda; vel quod ab eis sit aliquid petendum; vel quod fiducia in imaginibus sit figura: veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis spem suam collocabat; sed quoniam honor, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant: ita ut per imagines, quas osculum, & coram quibus caput aperimus & procumbimus Christum adoremus ; & Sanctos quorum illæ similitudinem gerunt veneremur. Id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ b Nicænæ Synodi, decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum nostræ redemptionis, picturis vel aliis similitudinibus expressas, eruditæ & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & assidue recolentium verò ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi non solùm quia admonet populus beneficiorum & numerum quæ à Christo sibi collata sunt ; sed etiam quia Dei per Sanctos miracula & salutaria, exempla oculis fidelium subjiciuntur ut propius Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant; excitenturque ad adorandum ac diligendum Deum, & ad pietatem colendum. Si quis autera his decretis contraria docuerit aut seniorit; Anathema sit. In has autem sanctas & salutares observationes si qui abusus irreperserint, eos profligari sancta Syndodus vehementer cupit; ita ut nullæ falsi dogmatis imagines, & rudibus pericolosi erroris occasionem præbentes, statuantur. Quod si aliquando historias & narrationes sacrae Scripturæ, cum id indoctrinæ plebi expediet,

a Psal.
134. d.

b Corin.
Nicæn.

2. Ar-

a.c. ult. exorimi & figurari contigerit; doceatur po-
de reliq. puluis non propterea divinitatem figurari,
Et ven quasi corporeis oculis conspici, vel colori-
sanct. bus aut figuris exprimi possit. • Omnis por-

b.c. i. 10 supersticio in Sanctorum invocatione, Reli.

Dift. 44 quiarum veneratione & imaginum sacro usi

Ec. Ir collatur, omnis turpis queſtus eliminetur;

religio- omnis denique lascivia vitetur; ita ut proca-

ſa, de nentur; & Sanctorum celebratione ac Reli.

Conſi. quiarum visitatione homines ad comedationes

Dift. 3. dies in honorem Sanctorum per luxum, ac

c Psal. lasciviam agantur. Postremo, tanta circa

92, a. c. hæc diligentia & cura ab Episcopis adhibea.

Decet, tur, ut nihil inordinatum, aut præposterè &

de Im- tumultuarie accommodatum, nihil profanum

munit. nihilq; in honestum appareat; c cum domum

eecl. in Dei deceat sanctitudo. Hæc ut fidelius ob-

serventur, statuit sancta Synodus, nemini li-

6. cere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quo-

d Epito. modolibet exempta, ullam insolitam ponere

me Con- vel ponendam curare imaginem, d nisi ab

ſtit. Ca. Episcopo approbata fuerit. e Nulla etiam ad.

mittenda esse nova miracula, f nec novas Re-

rel. Ma- liquias recipendas, n si eodem recognoscen-

gni. tit. te & approbante Episcopo, qui simulatque

de pace de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis

c. 17. in consilium Theologis, & aliis piis viris,

c. c. Au ea faciat, que veritati & pietati consentanea

divimus, judicaverit. Quod si aliquis dubius aut di-
fili- cilis abusus sit extirpandus; vel omnino ali-

de rel quam de iis rebus gravior queſtio incidat:

Et ven. Episcopus antequam controversiam dirimat,

Sancto. Metropolitani & coimprovincialium Episcoporum in Concilio provinciali sententiam

c. expectet; ita tamen, ut rihil, in consulto

fr. cod. Sanctissimo Romano Pontifice, novum, aut

g Con- in Ecclesia haſteius iauisitatum decerra ut.

sule De Regularibus & Monialibus.

Bullam Adem sacro sancti Synodus, g reforma-

Greg. i. Editionem prosequens, ea que leguntur,

it ita eadā c. l. ce iuit.

De Regularibus & Monialibus. 209 Inseru-

C A P U T I.

Regulares omnes, ad regula quam professi tabili.i.
junt, prescriptum vitam instituunt: id
ut fiat Superiores sedulo curent.

Quoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasteriis p̄e institutis, & restē administratis, in Ecclesia Dei splendoris atque utilitatis oriatur, necessarium esse censuit, quo facilius ac matuīs, ubi collapsa est vetus & Regularis disciplina instauretur, & constantius, ubi conservata est, perseveret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, ut omnes Regulares tam viri quam mulieres, ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant & componant; atque in primis, quæ ad suæ professionis pertinet, a Clem. fectionem, & ut obedientiæ, paupertatis & Exivit, castitatis, ac si quæ alia sunt alicuius Regulæ § Cūm & Ordinis peculiaria vota & præcepta, ad igitur eorum respectivè essentiam, nec non ad communem vitam, victum & vestitum conservanda pertinentia fideliter obseruent. Omnis, de que cura & diligentia à Superioribus adhibetur tam in Capitulis generalibus & provincialibus, quam in eorum visitationibus, quæ suis temporibus facere non prætermittant ut ab illis non recedatur, b cum comperto sit, ab eis non posse ea, quæ ad substantiam Regularis vitæ pertinent relaxari: si nasten, enim illa quæ bases sunt & fundamenta totius Regularis disciplinæ, exactè non fuerint conservata, totum corruat aedificium necessitate, est.

C A P U T II.

Proprietas Regularibus omnino prohibetur. Paulus,

Nemini igitur Regularium, tam virorum I. q. I. quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine conveniens, possidere, vel tenere; sed statim ea Super ad mo-

c. Cūm

I. q. I.

ad mo-

naste-

fide, stat

monach.

c. Cūm

ad mo-

naste riori tradantur, conventui que incorporentur.
 rium, de Nec deinceps licet Superioribus bona stabilitas mon lia alijci Regulari concedere, etiam ad u-
 c. Cui sum fructum vel usum, administrationem aut
 poteio commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum seu convenerunt ad solos officiales eorumdem, ad nutum Superiorum adicatis immovibiles, pertineat. Mobiliis vero usum &c. Ex ita Superiores permittant, ut eorum superpede-
 12. q. i. veniat; nihilque superflui in ea sit; nihil etiam Con. Mo- quod sit necessarium, eis denegetur. Quod gunt. sub si quis aliter quidquam teneat deprehensus Leone 4. aut convictus fuerit is biennio activa & pas-
 c. 14. Regulæ & Ordinis constitutiones puniatur.

C A P U T I I I.

Omnia monasteria, que hic non prohibentur, possint possidere bona immobilia numerus a.e. exiit personarum in illis pro modo facultatum qui se aut eleemosynarum constitutus: nulla minat. sine licentia Episcopi erienda.

S. Porro. *C*Oncedit sancta Synodus omnibus monasteriis & domibus, tam virorum quam mulierum, & mendicantium, ^a exceptis do-

sig. in 6. *mibus fratrum sancti Francisci, Capucino-*

b *Con. rum, & eorum, qui Minorum de Observan-*

Arelat. *tia vocantur, etiam quibus aut ex constitu-*

4. c. 8. *tionibus suis erat prohibitum, aut ex privile-*

c. 1. &c. *gio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere licet.*

Aucto. *Quod si aliqua loca ex predictis, quibus*

ritate, *auctoritate Apostolica similia bona posside-*

de instit. *re permisum erat eis soliata sint eadem*

c. *Quo omnia illis restituenda esse decernit. b In*

niam, ut predictis autem monasteriis, & domibus

ait, de tam virorum quam mulierum, bona immo-

bilia possidentibus, vel non possidentibus, e-

wit. & is canem numerus constituantur, ac in poste-

bon. ele- rum conservetur, qui vel ex redditibus pro-

rit. c. un. priis monasteriorum, vel ex consuetis eleemo-

g. Sanè *syniss*

De Regularibus & Monialibus. **211** ut hoc
synis commode possit sustentari, nec de cœte- **de stat.**
to imilia loco erigantur a iure Episcopi, in regul.
cujuſ diœcesi erigenda ſunt, licentia prius in e.
obtenta.

C A P U T I V.

a Vide

Regularis sine Superioris licentia nec fe ob. **Conſt.**
ſequio alterius loci aut persona ſubjiciat; **Pit. V.**
nec à conuen: u recedat: abſens ſtudiorum **Circa**
cauſa in conuentibus commoretur. **1566.**

Prohibet sancta Sinodus, ne quis regularis, **b Vide**
line ſui Superioris licentia, prædictionis, **Conſt.**
vel lectionis, aut cujuſvis pii operis prætextu, **Clemen-**
b ſubjiciat ſe obsequio alicujus Prælati, **Prin. tis. VIII.**
cipis, vel Universitatis, vel Communitatis, aut **Quoniā**
alterius cujuscumque personæ, ſeu loci: neque **1603.**
ei aliquod privilegium, aut facultas, ab aliis **super iis obtenta, suffragetur.** **Quod si contra c.c. Quā**
fecerit, tamquā inobediens, arbitrio Superiori- **to. de off.**
riſ puniatur. Nec liceat regularibus à ſuis **ord.** **Cle-**
conuentibus recedere, etiam prætextu ad Su- **Ne in a-**
periores ſuos accedendi; niſi ab eisdem miſi **gre. ſ.**
aut vocati fuerint. Qui verò ſine prædicto **grō. ſ.**
mandato, in ſcriptis obtento, repertus fue. **Quia**
rit; ab ordinariis locorum tamquam desertor **verò, de**
ſui instituti puniatur. Illi autem qui studio- **ſtat.**
rum cauſa ad Universitates mittuntur, in **mon. grō**
conuentibus tantum habitent: alioquin ab Or. **Nom**
dinariis contra eos procedatur. **magnō-**

perè, ne cler. vel monach. d.c. Placuit, **&c. Monach.**

C A P U T V.

in 2. 16.

Clausura monialium, preſertim que extra q. **I.**
urbeſ agunt, pro videetur.

Bonifacii Octavi constitutionem, quæ in-
ſipit c Periculoso, renovans sancta Sy- **e Vide**
nodus, universis Episcopis, ſub obtestatione di- **vinī**
vini judicij & interminatione maledictionis **infra**
eternæ, præcipit, ut in omnibus monasteriis **XXXIII.**
ibi ſubiectis, ordinaria, in aliis verò **Sedis A-**
postolicae auſteritate, & clauſuram Sanctimo. **i Vide**
bialium, ubi violata fuerit, diligenter reficiat & **Conſt.**

- Circa**, ubi inviolata est, conservari maximè procul : inobedientes atque contradictores per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas, qua-
- ¶ De** cumque appellatione postposita, compescen-
- cor.** tes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sacerdotalis. Quod auxilium ut præbeatur, omnes Christianos Principes hor-
- 1566.** Deo sa-tatur sancta Synodus, & sub excommunicatio-
- cris,** nis poena, ipso facto incurrienda, omnibus
- 1572.** magistratibus sacerdotalibus injungit. **a** Nemini autem Sanctorum liceat post professio-
- Ubi** nem exire à monasterio, etiam ad breve tem-
- gratiæ.** pus, quocumque praetextu, nisi ex aliqua legitiina causa, ab Episcopo approbanda : in-
- 1575.** dultis quibuscumque & privilegiis non ob-
- ¶ Du** stantibus. **b** Ingredi autem intra septa mona-
- bis** sterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut
- 1581.** conditionis sexus vel ætatis fuerit, sine Epis-
- copí** vel Superioris licentia, in scriptis ob-
- a Con.** tenta sub excommunicationis pœna, ipso fa-
- Cabilo.** cto incurrienda. Date autem tantum Episco-
- ne. a.** pus vel superior licentiam debet in casibus necessariis; neque alius ullo modo possit, e-
- c. 57.** **¶** tiam vigore cujuscumque facultatis, vel in-
- 62.** dulti haec tenus concessi, vel in posterum con-
- b Con** cedendi. Et quia monasteria Sanctimonia-
- Matis-** lium extra mœnia urbis vel oppidi constitu-
- ta** malorum hominum prædæ, & aliis facino.
- son. 1.** **c** ribus sine ulla spe custodia sunt exposita;
- 2.** **Are-** curent Episcopi, & alii Superiores, si ita vi-
- laten** debitur expedire, ut Sanctimoniales ex iis ad
- 4.** **c. 7.** **Ca** nova, vel antiqua monasteria intra urbes vel oppida frequentia reducantur, invocato e-
- bilener.** tiam auxilio, si opus fuerit, brachii sacerdotalis.
- 2. c. 63.** Impedientes vero, vel non obedientes, per
- ¶ His** censuras Ecclesiasticas parere compellant.

C A P U T VI.**R a r i o eligen di Superiores.**

11. c Dif **finitimus**, In electione Superiorum quorumcumque

Abbatum temporalium, & aliorum Officia-

ri seq. licium, ac Generalium, & Abbatiarum, atque

18. q. 2. aliarum Praepositarum, quæ omnia recte &

sine ulla fraude fiant, in primis sancta Synodus districte præcipit, omnes supradictos eligi debere per vota secreta; ita ut singulorum eligentium nomina numquam publicentur. Nec in posterum liceat. Provinciales, aut Abates, Priors aut alios quoscumque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere; aut voces & suffragia absentium supplere. Si verò contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit; & is, qui ad hunc effectum se in Provincialem, Abbatem aut Priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia, in religione obtinenda, inhabilitexistat: facultatésque super his concessæ eo ipso abrogatæ censeantur; & si in posterum aliæ concedantur, tanquam ^{a Cone:} brepitia, habeantur. ^{Agath.}

C A P U T VII.

c. 19. c.

Quæ, & quomodo in Abbatissas, & quocumque nomine Praefecta eligenda: duobus monasteriis nulla præficiatur.

& seqq.

Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Praefecta vel præposita appelletur, eligatur & non minor annis quadraginta, b. In & quæ octo annis post expressam professio nem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi possit. Si hoc erit, etiam incommodum Superiori, qui electio in 6. ni præst, videatur; ex iisq; quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque solum annis post professionem recte vixerint, Episcopo, vel alio Superiori consentiente, eligatur. Duobus verò monasteriis nulla præficiatur. Et, si qua duo vel plura quocumque modo obtinet, cogatur, Cabilon, uno excepto, intra sex menses cætera resig nare Post id verò tempus, nisi resignaverit, omnia ipso jure vacant. Is verò qui electioni præst, Eodiscopus, sive alius, Superior, q. claustra Monasterii non ingrediatur; sed an-

Cone

Agath.

cap. 57.

Epus.

ult. 20

q. ult.

Unum.

te cancellorum feneſtēlūm vota singularum audiat, vel accidat. In reliquis tēventur singularum Ordinum, vel monasteriorum constitutiones.

C A P U T V I I I.

Regimen monasteriorum non habentium ordinarios regulares Visitatores quomodo instituendum.

Monasteria omnia, quæ generalibus capitulois aut Episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios regulares Visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolice protectione ac directione regi consueverunt, teneantur infra annum à fine præsentis Concili, & deinde quolibet triennio sese in congregaciones redigere, iuxta formam Constitutionis Innocentii III. in Concilio generali, quæ incipit, & In singulis ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo &

a Vide infra ordine, de prædictis cōgregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent & XXXII statuant. Quod si in his negligentes fuerint: liceat Metropolitano, in cuius provincia prædicta monasteria sunt, tanquam Sedis Apostolice delegato, eos pro prædictis causis convocare. Quod si infra limites unius provinciæ non si sufficiens talium monasteriorum numerus ad erigendam cōgregationem, possint duarum vel trium provinciarum monasteria, unam facere congregatiōrem, Ipsiſ autem congregatiōnibus constitutis, illarum generalia capitula, & ab illis electi Præsides

b Toto stat. re gul. in 6. Clem. Exiit de verb. sig. in 6. & Clem Exiui ead. vel Visitatores eamdem habeant auctoritatem in suæ congregatiōnis monasteria, ac regulares in eis commotantes: quam alii præsides, ac Visitatores in cæteris habent Ordinibus, teneanturque suæ congregatiōnis monasteria frequenter visitare, & illorum cōficationi in cūmbere; & ea observare, quæ in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quod si etiam, Metropo-

D e Regularibus & Monialibus. 215

litano instantे, prædicta exequi non curaverint; Episcopis, in quorum diœcesibus loca predicta sita sunt, tanquam Sedi Apostoliæ delegatis sub dantur.

C A P U T I X.

Monasteria Monialium immediatè subjectæ Sedi Apostolice ab Episcopo regantur: alia vero à deputatis in Capitulis generalibus vel aliis Regularibus.

Monasteria Sanctimonialium sanctæ Se-
di Apostolice immediatè subjecta, etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri,
vel sancti Joannis, vel alias quomodocumque
nuncupentur; & ab Episcopis, tamquam dictæ ^{c. 6. cap.}
Sedi delegatis, gubernentur, non obstan- novi-
tibus quibuscumque. Quæ verò à deputatis ^{mus. 8.}
in capitulis generalibus, vel ab aliis Regula-
ribus, reguntur; sub eorum cura & custodia ^{q. 2.}
relinquantur.

C A P U T X.

Moniales unoquoque mense confiteantur &
communicent: de Confessario extradinario
iis ab Episcopo privilegiatur. apud illas ex-
tra publicam Ecclesiam Eucharistia non
conseruetur.

Attendant diligenter Episcopi, & cæteri
Superiores monasteriorum Sanctimo-
nialium, ut in constitutionibus earum admo-
neantur Sanctionales, b. ut saltem semel b. Clem.,
singulis mensibus confessionem peccatorum Ne in-
faciant; & sacrosanctam Eucharistiam susci-
piant ut eo se salutari præsidio muniant ad agro. Si
omnes oppugnationes demonis fortiter supe. Sanè, de-
randas. Præter ordinariū quæcum confessionem stat. mō-
alius extraordinarius ab Episcopo & aliis Su-
perioribus his aut ter in anno offeratur, qui
omnium confessiones audire debeat Quod ve-
rò sanctissimum Christi corpus intra cho-
rum vel septa monasterii, & non in publica.
ecclesia conservetur prohibet. sancta Syno.

dus; non obstante quocumque indulto; aut
privilegio.

C A P U T XI.

*In monasteriis quibus imminet cura perso-
rum secularium, præter eas que sunt de
illorum familia, visitet Episcopus, & ei-
dem cura proficiendas examinet, certis ex-
ceptis.*

Non monasteriis seu domibus virorum seu mulierum, quibus imminet animarum circa personarum secularium, præter eas que sunt de illorum monasteriorum seu locorum familia, personæ, tam regulares quam secularis, hujusmodi curâ exercentes, subdint immediate in iis quæ ad dictam curam & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopali, in cuius diœcesi sunt sita. **N**ec ibi a sibi, nisi liqui, etiam ad nutum amovibiles, deputentur nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine, per eum aut ejus Vicarium faciendo. Excepto monasterio Cluniacensi cuin suis limitibus, & exceptis etiam iis monasteriis seu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque aliis monasteriis seu domibus, in quibus Abbates, aut alii regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem & tem poralem in Parochos & Parochianos exercent, salvo tamen eorum Episcoporum jure, quia majorem in predicta loca vel personas excommunicatas jurisdictionem exercent.

c. De

C A P U T XII.

iis, 12. Conformentur Regulares secularibus in obseruatione censurarum Episcopaliuum, & de Const. Festorum diœcessis.

Filius V. **C**onsuræ, & interdicta, ne dum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ad Ordinatum iis promulgata, mandante Episcopo, b à Regularibus in eorum ecclesiis publicentur, ac-

De Regularibus & Monialibus. 217 *de sent.*
que ; serventur a Dies etiam festi , quos in diœcesi sua servandos idem Episcopus *præcepit*, ab exemptis omnibus, etiam Regu- *b c.* *exc.* *De*
laribus, serventur. *iis. 11.*

C A P U T XIII. *Dist. VI.*
Controversias de præcedentia è vestigio cor. *de Cōf.*
ponat Episcopus. Exempti non in strictiori pris. V.
clausura viventes ad Supplicationes pū Cūm
blicas acceterē compellantur, *primum*

b **C**ontroversiis omnes depræcedentia, *1565.*
quæ per se maximo cum scandalō *c. Vide* oriuntur inter ecclesiasticas personas , tam *Bullam* sacerdotes , quam regulares , cùm in Proces- *Pii V.* sionibus publicis , tum in iis quæ sunt in tu- mulandis defunctorum corporibus , & in de- *1563.* ferenda umbella & aliis similibus. Episco- *Divina* pus, amota omni appellatione & non obstan- *& Gre-* tibus quibuscumque , componat. Exempti au- tem omnes , tam clerici sacerdotes quam re- *guli* gulares , quicumque , etiam monachi , ad pri- *XIII.* blicas Processiones vocati , accedere com- *1588.* pellantur: iis tantum exceptis , qui in strictio- *Ex po-* ri clausura perpetuò vivunt.

C A P U T XIV. *cis.*
Regulari publicè delinquenti pœna à quo ir- d *Super*
reganda *hujus*

Regularis , non subditus Episcopo , qui decreti intra claustra monasterii dedit , & ex- *executa-* tra ea ita notoriè deliquerit , ut populo scan- *tione* dalo sit ; Episcopo instantे , à suo superiore intra tempus , ab Episcopo præfigendum , se- *extat.* verè puniatur ; ac de punitione Episcopum certiore manifestat : à sin minùs , à suo superiore *Conf.* Cl. VIII officio privetur , & delinquens ab Episcopo Suscepti puniri possit.

C A P U T XV. *muneris*
Professione non fiat nisi annoproba:ionis exæc- 3596.
to , & decimo sexto etatis completo. b *Cap.*

In quacumque religione , tam virorum fi. §. Si quam mulierum , professio non fiat ante vero de decimum sextum annum expletum , nec qui stat.

saldus minore tempore , & quām per annum post suscep̄tum habitum in probatione steterit, ad probationem admittatur. b Professio. au-
c. Ad tem antea facta sit nulla , nullamque indu-
Aposto- cat obligationem ad alicujus Regulæ , vel
licam, de Religionis , vel ordinis observationem , aut
Regul. ad alios quoscumque effectus.

C A P U T X . V I .

c. Non Renunciatio aut obligatio facta ante duos
sc̄lūm menses proximos profissionis sit nulla. Fi-
eod. in 6. nita probatione novitii aut profitantur,
b c. ad aut ejiciantur. In pio Clericorum. Socie-
nostram tatis Jesu instituto nihil innovatur. Cave-
c. postur- tur ne quid ex bonis novitii monasterio-
lasti, de tribuatur ante professionem.

Regul. *N*ulla quoque renunciario aut obligatio
c. i. eod. ante facta etiam cum iuramento. vel in
in 6. favorem cuiuscumque cause p̄ix, valeat, nisi
cūm licentia Episcopi , sive eius Vicarii, fiat,
c. c. Cum intra duos menses proximos ante professio-
causam nem; ac non alias intelligatur effectum suum:
in fin de sortiri, nisi secura professione aliter verò fa-
cta ; etiamsi cum hujus favoris expressa re-
nunciatione , etiam jurata ; sit irrita, & nul-
lius effectus. c Finito tempore novitiatus,

d Vide Superiores, novitos , quos habiles invene-
Conf. rint, ad profitendam admittant , aut è Mona-
Greg. stero eos ejiciam. Per hoc tamen Sancta Sy-
XIII. nodus non intendit aliquid innovare, aut pro-
hibere, quin d religio Clericorum Societatis.
Ascen- J̄su , juxta pium eorum institutum, à sancta
dente Sede Apostolica approbatum, Domino & e-
Domino jus Ecclesiæ inservire possint. Sed neque an-
1584. te professionem excepto victu & vestitu, no-

e Vide vitii vel novitiae illius temporis, quo in pro-
Bullam batione est , quocunque p̄ixtextu , à paren-
Pauli 3. tibus , vel propinquis , aut curatoribus ejus-
Regimi monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribua-
ni. . ne hac occasione discessere nequeat,
1530. & quod totam vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat , nec facilè , si

De Regularibus & Monialibus. 219 fulli 3.

discernerit, id recuperare possit. Quin potius Expos.
præcipit sancti Synodus sub Anathematis
pœna dantib^s & recipientibus , ne hoc cir. 1550
ullo modo fiat; & ut abeuntibus ante profes. à e. Si
sionem & omnia restituantur, quæ sua erant. quis ,
Quod ut rectè fiat, Episcopus, etiam per cen-
suras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.
17. q. 2.

C A P V - T X V I I .

Puella major duodecim annis, si habitum re-

gularem suscipere voluerit; exploretur ab

Ordinario; iterumque ante professionem.

b **L**ibertati professionis virginum Deo di-
bc Cum
candarum prospiciens sancta Synodus
statuit atque decernit , ut , si puella , quæ virum
habitum regularem suscipere voluerit, major de Re-
duodecim annis sit , non ante eum suscipiat; gularis
nec posteā ipsa vel alia professionem emit-
tat, quam b exploraverit Episcopus, vel eo a c. Illud
absente vel impedito, ejus vicarius , aut ali-
20. q. 1.
quis eorum sumptibus ab eis deputatus, virgi-
nis voluntatem diligenter , & an coacta , an b cap.
seducta sit, an sciat quid agat & si voluntas Nullus
ejus pia ac libera cognita fuerit ; habuerit de Re-
que conditiones requisitas juxta monasterii
illius & Ordinis regulam, nec non monaste-
gul.
riūm fuerit idoneum : liberè ei profiteri li-
ceat. Cujus professionis tempus ne Episcopus
ignoret , teneatur Praefecta monasterio eum
ante mensem certiorem facere. Quod si Prae-
fecta certio rem Episcopum non fecerit;
quamdiu Episcopo videbitur, ab officio sui
pensa sit.

C A P U T X V I I I .

Ne quis, praterquam in casibus à jure ex-
pressis , cogat mulierem ad ingredendam
monasterium, aut ingredi volentem pro-
hibeat. Pœnitentium seu Convertitarum
constitutiones serventur.

Anathemati sancta Synodus subiicit om-
nes & singulas personas , cujuscumque

qualitatis vel conditionis fuerint, tam Clericos quam laicos, sacerdtales vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam aut aliam quamcumque mulierem invitam, & praeterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum mona-

a. c. Si sterium, vel ad suscipendum habitum cuiuscumque religiosas, vel ad emitendam vit, & professionem; qui que consilium, auxilium

c. Gau. vel favorem dederint: quique scientes eam deam, non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere;

de con. vers. quoquo modo eidem actui vel presentiam, vel consensum, vel auctoritate interposuer-

conjug. rint. **b.** Simili quoque Anathemati subjicit **b Conc.** eos, qui sanctam virginum vel aliatum mu-

Tolet. lliorum volutatem vel accipiendi, vel vo-

3. car. ti emissendi, quoquo modo sine iusta causa

10. cap. impedierint. Ea que omaia, & singula, quæ

Puella, si oportet, serventur non solum in Monaste-

20. q. 1. riis subjectis Episcopo, sed & in aliis qui

c. ult. biscamque. Ab his tamen excipiuntur mu-

32. q. 2. lieres, quæ Penitentes aut Convertitæ ap-

l. Conc. pellantur in quibus constitutiones earum ser-

ventur.

Tolet 4. C A P U T X X I.

c. 54. in Quomodo in causis deficientium à Reli-

gione procedendum.

d cap. Q uicunque Regularis d' prætendas, se Puella gionein aut etiam dicat, ante actatem debitam professum suile aut quid simile; velitque ha-
20. q. 2. Cùm bitum dimittere quicunque de causa; aut e-
verum, tiam cum habitu discedere sine licentia Superio-
ri: un: non audiatur, nisi intra quinque
de Reg. nium tantum à die professoris, & rite non
aliter, nisi causis, quas præterderit, deduxer-
e Conc. rit coram Superiori suo, & Ordinario Quid
Arelat. si anteà habitum sponte dimiserit, nullatenus

De Regularibus & Monialibus. ¶ 25

ad allegandum quanicumque causam admittatur ; sed ad monasterium redire cogatur, *de Areo* & tamenquam apostata puniatur : interim vero *lat. 2. c.* nullo privilegio suæ religionis juvetur *25.*

¶ Nemo etiam regularis cujuscumque fidelium a *Sup.* tatis vigore transferatur ad laxiorem reli- *Seff. 14.* gionem ; nec detur licentia cuiquam Regu- lari occultum ferendi habitum suæ religio- *c. 11. ad ref.* nis.

C A P U T X I X.

Superiores Ordinum Episcopis non subjecti.
inferiora monasteria visitent ac corrigant,
etiam commendava.

Abates: qui sunt Ordinum Capita , ac ce-
teri prædictorum Ordinum Superiores,-
Episcopis non subjecti ; quibus est in alia in-
feriora monasteria Prioratusve legitima juris-
dictio, eadem illa sibi subdita monasteria, &
Prioratus, suo quisque loco atque ordine, ex
officio visitent , etiam si commendata exi-
stant. Quæ cùm ordinum suorum Capitibus
subsunt , declarat sancta Synodus , in iis b
quæ alias de visitatione monasteriorum cō-
mendatorum definita sunt, non esse compre- *b. Suprà*
hensa: teneanturque quicunque prædictorum *Seff. 21.*
Ordinum monasteriis præsunt; prædictos Vi- *de ref.*
sitatores recipere , & illorum ordinationes
exequi. Ipsa quoque monasteria quæ sunt *c. 8.*
Ordinum Capita , juxta sanctæ Sedis Apo-
stolicæ , & cujusque Ordinis constitutiones
visitantur. Et quamdiu durabunt hujusmo-
di commendæ , Priores claustrales , aut in
Prioratibus , conventum habentibus , Su-
periores, qui correctiones & spirituale regi-
men exercent, à Capitulis generalibus , vel
ipsorum Ordinum Visitatoribus, instituantur.
In cæteris omnibus præfotorum Ordinum
privilegia , & facultates quæ ipsorum per-
sonas , loca & jura concernuant , firma sint
& illæsa.

Monasteria Regularibus conferantur: Ordinem Capita nemini in posterum commen-
dentur.

a Conc. *C*um pleraque monasteria, & etiam Abba-
Later. tiae, Prioratus, & præposituæ, ex mala
sub Leo- ratione non levia passa fuerint tam in spiritua-
ne 10. libus quam in temporalibus detrimenta: cu-
Seff. pit sancta Synodus ea ad congruam monasti-
reform. cæ vitæ disciplinam omnino revocare. Ve-
Curie rùm adeò dura difficultisque est præsentium
 emporum conditio, ut nec statim omnibus
 nec communè ubique quod optaret, reme-
 dium possit adhiberi. Ut tamen nihil præter-
 mittat, unde prædictis salubriter ali-
 quando provideri possit; primum quidem
 confidit, Sanctiss. Romanum Pontificem pro
 sua pietate & prudentia curaturum quantum
 hæc tempora ferre posse videtur, ut iis, que
 nunc commendata reperiuntur, & que suis
 conventus habent, regulares personæ, ejus-
 b Suprà dem Ordinis expressè professæ, & que gregi
Seff 14. præire & præ eile possint, præficiantur. b
c. 10. de Quæ vero in posterum vacabunt, non nisi re-
reform. conferantur. Quoad ea vero monasteria,
Clem. que Capitac sunt Primates Ordinum, sive
sunde Abbatiæ sive Prioratus filiæ illorū Capitum
sup. Deg nuncupantur, teneantur illi, qui in præsenti
Prel. ea in commendam obtainerat, nisi sit eis de re-
 regulari successore provisum, infra sex menses
 religionem illorum Ordinum propriam so-
 lemniter profiteri, aut iis reddere: alias com-
 mendæ prædictæ ipso jure vacare censeantur.
 Ne autem in prædictis omnibus & singulis
 fraus aliqui adhiberi possit; mandat sancta
 Synodus, ut in provisionibus dictorum mo-
 nasteriorum qualitas singularium nominatum
 exprimitur: aliterq; facta provisio surreptitia
 esse censeatur; nulli que subsequenti posses-
 sione, etiam tenuali, adjuvetur.

*Prædicta de reformatione Regularium nulla
mora interposita observentur.*

Hæc omnia & singula in superioribus decretis contenta, observari sancta Synodus præcipit in omnibus cœnobiis ac monasteriis, collegiis ac domibus quorumcumque monachorum, ac regularium, nec non quorūcumque Sanctimonialium virginum, ac viduarum, et iam si illæ sub gubernio militiarum etiam Ierosolymitanæ, & vivant, & quocumque nomine appellantur, sub quacunque regula, vel constitutionibus, & sub custodia vel gubernatione vel quavis subjectione aut annexione, vel dependentia cuiuscumque Ordinis, mendicantium, vel aliorum regularium monachorum, aut canonicorum, quorumcumque; non obstantibus eorum omnium & singulorum & privilegiis sub quibuscumque formulæ verborum conceptis, ac Mare magnum, appellatis, etiam in fundatione obtentis, nec non constitutionibus, & regulis, etiam iuratis atque etiam consuetudinibus vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui vero regulares tam viri quam mulieres sunt, qui sub archstriore regula vel statutis vivunt, excepta facultate stolorum habendi bona stabilia in communi, eos ab eorum instituto & observantia sancta Synodus amore non intendit. Et quia sancta Synodus desiderat, ut omnia & singula supradicta quam primum executioni demandentur; præcipit omnibus Episcopis, in monasteriis sibi subjectis, & in omnibus aliis, ipsis in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus & Generibus, & aliis Superioribus Ordinum superdictorum ut statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit, Episcoporum negligentiam Concilia provincialia suppleant, & coercent. Regularium vero Capitula provincialia & generalia, & in defectum Capitulorum generalium, Concilia

*a vide**infra**L II.**Bullam**Pii VI**principis Apo-**gula vel statutis vivunt, excepta facultate stolorum.*

provincialia, per deputationem aliquorum eiusdem Ordinis provideant. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges, principes, Republica & Magistratus, &c in virtute sanctæ obedientiæ præcipit ut velint prædictis Episcopis, Abbatibus ac Generalibus & cæteris Præfectis in superius contentæ reformationis executione suum auxilium & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti: ut sine ullo impedimento præmissa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

Decretum de reformatione.

C A P U T I.

Cardinales, & omnes Ecclesiæ prælati modestam suppellectilem & mensam habentes, consanguineos familiæs ue suos ex bonis Ecclesia non augeant.

Optandum est, ut ii qui Episcopale ministerium suscipiant, quæ suæ sint partes, agnoscant; ac se non ad propria commoda, a c. Ma non ad divitias aut luxum sed ad labores & gna. sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse voto intelligant. & Nec enim dubitandum est & fideles reliquos ad religionem innocentiam qualiter, & suos viderint non ea quæ mundi sunt sed a- buando, niuarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cùm ad restituendam Ecclesia- de accus sticam disciplinam præcipua esse sancta Suprà nodus animadvertis; admonet Episcopos Seff 22. omnes ut secum ea sapè meditantes, factis e- de ref. c tiam ipsis ac vitæ actionibus, quod est veluti 1. in perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant: in primis princ. verò ita mores suos onines componant, ut b Ps reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continen- 101. Ecl tiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, 3 & 3. b sanctæ humilitatis exempla petere possint. Matth. Quapropter, exemplo Patrum nostrorum in 10. c. 18. Concilio Carthaginensi, non solum jubet ut Episcopi modesta suppellectili & mensa ac C. Cor. c.

frugali vietu contenti sint ; verum etiam in *Carth. in reliquo vitæ genere , ac tota ejus domo ca-* c. Epis-
teant ne quid appareat, quod à sancto hoc *cop. 41.*
instituto sit alienum quodque non simplici- *Dist. Su-*
tatem , Dei zelum , ac vanitatem contem- *pr. Seff. 2.*
ptum præse ferat. *a* Omnino verò eis inter- *a Conc.*
dicit , ne ex redditibus Ecclesiæ consangui- *Antic. 6.*
neos familiaresve suos augere studeant: cùm *& Apostolorum b* Canones prohibeant , ne *25. c.*
res Ecclesiasticas , c quæ Dei sunt , consanguineis *Quis-*
donent; sed , si pauperes sint , iis ut pau- *quis c.*
peribus distribuant eas autem non distrahan- *Sint.*
nec dissipent illorum causa : imò , quām ma-
xiimè potest , eos sancta Synodus monet ut *manife-*
omnem humanum hunc erga fratres , nepo- *sta c. E-*
tes , propinquosque carnis affectum , unde *piscopus*
multorum malorum in Ecclesia seminarium *cap. Res*
exstar, ponitus deponant. Quæ verò de *Epis.*
copis dicta sunt , eadem non solùm quibus *Eccel. cū*
cumque beneficia Ecclesiastica tam sacerdotalia *seq. 12.*
quam regularia , obtinentibus , pro gradus q. 1. c.
sui conditione observari , d sed & ad *sæctæ Quis-*
Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere de- *quis. 12.*
cernit: quorum Consilio apud Sanctissimum *q. 2.*
Romanum Pontificem cùm universalis Ec- *b Can.*
clesiæ administratio nitatur , nefas videri *Apost.*
potest , non iis etiam virtutum insignibus ac *39 & 75*
vitendi disciplina fulzere quæ merito omni- *c. 240-*
num ini se oculos convertant. *9. de ref. Curia.*

C A P U T I I .

A quibus nominatim decreta Consilii so-
lemniter recipi & doceri debeant.

*C*ogit temporum calamitas , & invalescen-
tium hæresum malitia ut nihil sit præter
mittendum , quod ad populorum ædifica- *c Suprà*
tionem , & Catholicæ fidei præsidium vi- *Seff. 24.*
deatur posse pertinere. *e* Præcipit igitur san. *Y ij*
cta Synodus Patriarchis , Primatibus , Archie. de *ref.*
4. 20.

piscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de jure vel consuetudine in concilio provinciali interesserent debent, ut in ipsa prima Synodo provinciali, post finem praesentis Concilii habenda, ea omnia & regula, quæ ab hac sancta Synodo definita & statuta sunt, palam a *Vice* recipient; & nec non veram obedientiam *Bullam* Summo Romano Pontifici spondeant & pro-Bullam fiteantur; similque b hæretes omnes, à sa-profes. cris Canonibus, & generalibus Conciliis; sionis fi- præsestitumque ab hac eadem Synodo damna-dei, Piitas, b publicè detestentur & Anathematizent. 4. *infr.* chas, Primates Archiepiscoposque promo-Pag. XL vendi; in prima Synodo provinciali, in qua b *Vide* ipsi interfuerint omnino obseruent. Quod si Bullam quis ex supradictis omnibus quod absit, re-Clemen-tis. VIII sub poena divinæ indignationis teneantur; in-Domi-ni. terimque lab ejusdem communione absti-nici. neant. Cæteri verò omnes, sive in præsenti, 1603. sive in fututum beneficia Ecclesiastica habi-ce 2. in turis & qui in Synodo diæcesana convenire fin. de debent, idem ut suprà, in ea Synodo, quæ pri-mo quoque tempore celebrabitur, faciant & sun. observent: alijs secundum formam lacerorum Trinit. Canonum pumiantur. Ad hæc omnes ii ad e. Sicui quos universitatum & studiorum generalium &c. Ex-cura, visitatio & reformatio pertinet, diligenter curent, ut ab eisdem Universitatibus commu-nicam: Caones & decreta hujus sanctæ Synodi in-tegrè recipiantur, ad eorumq; normam ma-13. de giltri, Doctores, & alii in eisdem Universi-baret. tatis ea, quæ à Catâ ilicet fidei sunt, do-ceant & interpretentur; seque ad hoc insti-d Suprà tutum initio cujuslibet anni solemni jura-Sess. 5. mento obstringant: sed & si aliqua alia in c. i. de prædictis Universitatibus correctione & reform. reformatio digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, pro religionis & disciplinæ Eccle-siasticæ augmento emendentur, & statuan

ut. Quæ verò Universitates immediatè Summi Romani Pontificis protectioni & visita-
ioni sunt subjectæ ; has sua Beatitudo per
Iesus delegatos cùdem, qua suprà, ratione, &
trot ei utilius visum fuerit, salubriter visi-
tari & reformati curabit.

C A P U T III.

Excommunicationis gladio temere non uten-

*dum : ubi executio realis aut personalis
fieri potest, à censuris abstinentium; iisque
civili magistratus se immiscere nefas
esto.*

a.c. Dil.

Quamvis a excommunicationis gladius lecto, de
Quervus sit ecclesiastice disciplinæ, & ad sentent.
continendos in officio populos valde saluta- excom.
is; sobriè tamen magnaue circumspetione
exerendus est : cùm experientia doceat, si
emerè, aut levibus ex rebus incutiatur, ma. Multi in
quis contemni quām formidari ; & pernicieprinc. zo-
botius parere quām salutem. Quapropter q. 1.
Excommunicationes illæ, quæ monitionibus viss
præmissis b ad fine n revelationis, ut ajunt, inf. 16.
iut pro desperditis seu subtractis rebus ferri
solent, à nemine prorsus, præterquam ab E. q. 2. c.
piscopo, decernantur; & tunc non alias quām Corri-
ex re non vulgari ; causâque diligenter & ac piante
magna maturitate per Episcopum examina- 14. q. 3.
ta, quæ ejus animum moveat ; nec ad eas
concedendas cuiusvis secularis, etiam magi- b For-
stratus, auctoritate adducatur; sed totum hoc mā pre-
in ejus arbitrio & conscientia sit poticum: scripsit
quando ipse pro re, loco, persona aut tempo Pius V.
re eas decernendas esse judicaverit. In causis 27. Ju-
verò judicialibus mandatur omnibus judici- nii 1570
bus ecclesiastitis cuiuscumque dignitatis exilliant, ut quandoeumque executio realis in c. San-
vel personalis in qualibet parte judicij pro- Etissi,
pria auctoritate ab ipsis fieri poterit, absti- mus.
neant se tam in procedendo quām definien- c.c. Epis-
do, à censuris ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur in causis civi. scopi, c.
Nemo

Episco- libus, ad forum ecclesiasticum quomodolibet
porum pertinentibus, contra quoscumque, etiam
& cap, laicos per multas pecuniarias, que locis pii,
Nullus ibi existentibus, eo ipso, quod exactæ fue-
sacerdo rint, assignentur; seu per captiōnem pignorum
personarumque distinctionēi, per suos pro-
tam, ii. prios aut alienos executores ficiendam, sive
q. 3. c. etiam per privationem beneficiorum, aliisque
Sacro. de juris remēdia procedere, & causas definire.
sent. ex- Quòd si executio realis vel personalis ad ver-
com. Cōc sus reos hac ratione fieri non poterit; & sitque
erga judicem contumacia, tunc eos etiam A-
Aure- nathematis mucrone, arbitrio suo, præter a-
lian. s. lias pœnis ferire poterit. In causis quoque
c. 2. criminalibus, ubi executio realis vel perso-
a c. S: nal, ut suprà fieri poterit, erit à censuris ab-
quis d: stinendum: sed si dictæ executioni facile lo-
inceps. cus esse non possit, licebit judici hoc spici-
infī 17. tuali gladio in delinquentes uti, si tamē de-
q. 4 lieti qualitas, præcedente hī saltem moni-
tione, etiam per edictū, id postulet. Nefas
autem sit sacerdotali cuiilibet magistratui pro-
hibere ecclesiastico judici, ne quem excom-
municet, aut mandare, ut litam excommuni-
cationem revocet, sub prætextu, quòd i con-
tentā in praesenti decreto non sint observata;
b c Rogo cūm non ad sacerdotres, sed ad ecclesiasticos
cum seq. hæc cognitio pertineat. *b* Excommunicatus
ii. q. 3. verò quicumque, si post legitimas monitio-
c. Nul. nes non resipuerit, non solum ac sacramenta
li, cum & communionem fidelium ac familiaritatēn
c. Cūm non recipiatur: sed si obdurato animo cen-
deside- teriam contra eum tamquam de hæresi sul-
res, i&g c. pectum, procedi possit.

Si concu C A P U T I V.

bina, de *Ubi nimius est Missarum faciendarum ni-*
sent. ex- *merus, statuant Episcopi, Abbates & G-*
com. *nerales Ordinum, quod expedire judici-*
verint.

*C*oatingit sāpē in quibusdam ecclesiis v
tam magnum Missarum celebraadati

numerum ex variis defunctorum relictis im-
positum esse, ut illis pro singulis diebus, &
testatoribus prescriptis, nequeat satisficeri; vel
eleemosinam hujusmodi pro illis celebran-
dis adeo tenuem esse, ut non facile invenia-
tur, qui velit huic se muneri subjicere; unde
depereunt piæ testantium voluntates; &
eorum conscientias, ad quos prædicta spec-
ulant, ouerandi occasio datur. Sancti Synodi is-
cupiens hæc ad pios usus relicta, quo pleniū
& utilius potest, impleri, facultatem dat E-
piscopis, ut in Synodo diœcesana, itemq;
Abbatibus & Generalibus Ordinum, ut in suis
Capitulis Generalibus, re diligenter perspec-
ta, possint, pro sua conscientia in prædictis
Ecclesiis, quas hac Provisione indigere co-
gnoverint, & statuere circa hæc, quidquid a Suprà
magis ad Dei honorem & cultum, atque Ec-
clesiarum utilitatem viderint expedire; ita Sess 22.
tamen: ut eorum semper defunctorum com-
memoratio fiat, qui pro futurum animarum de ref.
salute legata ea ad pios usus reliquerunt. c. 6.

C A P U T V.

*Rebus bene constitutis, non annexum onus ha-
bentibus, nihil detrahatur.*

Rati postulat, ut illis, quæ benè constitu-
ta sunt contrariis ordinationibus non
detrahatur. Quando igitur ex beneficiorum
quorumcumque erectione, seu fundatione,
aut aliis constitutionibus, qualitates aliquæ
requiruntur, seu certa illis onera sunt injuc-
ta; in beneficiorum collatione seu in quacum-
que alia dispositione, eis non derogetur.
Idem in præbendis Theologalibus, Magis-
tralibus, Doctoralibus aut Presbyteralibus,
Diaconalibus, ac Subdiacolibus, quando cum
que ita constituta fuerint, observetur; ut eo-
ram qualitatibus vel Ordinibas nihil in ulla
provisione detrahatur: & aliter facta provi-
sio sub reptitia censeatur.

*Qui segerē debet Episcopus quocūt visitatiō-
nem capitulorū exemptorū.*

STATUIT sancta Synodus, ut in omnibus Ecclesiis cathedralibus & collegiatis decretum sub fel. rec. Panlo III. & quod incipit, Capitula cathedralium; obseruentur, non solum quando Episcopus visitaverit, sed & de ref. c. quoties ex officio, vel ad petitionem aliquam. **S**e. jus, contra aliquem ex contentis in dicto decreto, procedat: ita tamen ut, cum extra visitationem processerit infra scripta omnia, locum habeant: videlicet, ut Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos: de quorum consilio & alesisu Episcopus, vel eius Vicarius tam id formando processum, quam in ceteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive, coram notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatiū cum Episcopo tertium elegant. Et, si in electione tertii etiam discordent ad vicinorem Episcopum electio devolvatur; & juxta eam partem, cum qua tertius conveniet articulus, in quo erat discordia, terminetur: alias processus, & in-

b *Infrā* de secura nulla sint, nullosque producant **c. 14** & juris effectus, & in criminibus tamen ex in-
sup. Sejj. continenit provenientibus, de qua in de-
24. de creto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem aut degradationem re-
Matri- quirentibus ubi de fuga timetur, ne judicium
monio eludatur, & adeo opus sit personali deten-
reditum eorum , ex iis quæ Synodi nomine diligenter retulerunt , postulatione ipsius Synodi cognita , habita super hac re cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura , sanctique Spiritus in primis auxilio invocato , cùm ea decreta omnia Catholica , & populo Christiano utilia ac salutaria esse cognovissemus , ad Dei omnipotentis laudem , de eoruindem frattrum nostrorum consilio & assensu , in consistorio nostro secreto illa omnia & singula auctoritate Apostolica , hodie confirmavimus & ab omnibus Christi fidelibus suspicienda ac servanda , esse decrevimus ; sicut harum quoque litterarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus & suscipi observarique decernimus . Mandamus autem in virtute Sanctæ obedientiæ , & sub pœnis à sacris Canonibus constitutis , aliisque gravioribus , etiam privationis ; arbitrio nostro infligendis , universis & singularis venerabilibus fratribus nostris , Patriarchis , Archiepiscopis , Episcopis , & aliis quibusvis ecclesiarum Prælatis , cujuscumque status , gradus , ordinis & dignitatis sint , etiam si Cardinalatus honore præfulgeant , ut eadem decreta & statuta in ecclesiis suis , civitatibus & diocesibus , in judicio & extra judicium diligenter observent , & à subditis quisque suis , ad quos quomodolibet pertinet , inviolabiliter faciant observari : contradictores quoilibet , & contumaces , per sententias censuras & pœnas Ecclesiasticas etiam in ipsis decretis contentas , appellatione postposita , compescendo ; invocato etiam , si opus fuerit , brachii secularis auxilio . Iosum verò chriſſimum filium nostrum Imperatorem electum , ceterosque Reges Respublicas , ac Principes Christianos monemus & per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi obtestamur , ut , qua pietate Concilio per Oratores suos affuerunt eadem

pietate, ac par studio, divini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apostolice & sacræ Synodi reverentia ad ejusdem Concilii exequenda & observanda, decreta, Prælatis, cum opus fuerit, auxilio & favore suo ad sint neque advertentes sanæ ac salutari Concilii doctrinæ opiniones à populis ditionis sua, recipi permittant, sed eas genitus interdicunt. Ad vitandum præterea fæversionem & confusione, quæ oriri posset si unicuique liceret, prout ei liberet in decreta Concilii commentarios & interpretationes suis edere; Apostolica auctoritate iniubens omnibus, tam ecclesiasticis personis, cuiuscumque sint ordinis, conditionis & gradusquam laicis quocumque honore ac potestate præditis; Prælatis quidem sub interdicti inglesiæ ecclesiæ, atque vero quicunque fuerint sub excommunicationis latæ sententiæ poenit., ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, annotationes, scholia, ullumve omnino interpretationis genus super ipsius Concilii decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam sub prætextu maioris decretorum corroborationis, aut executionis, aliòve quæsito colore statuere.

Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum

a Deut. & statutum fuisset, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egere visum fuerit; **a** adscendat ad locum, quem Domi-

17. **b c. de** nus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam, **recip.** & omnium fidelium magistrum, cuius auctoritatem b etiam ipsa sancta Synodus tam reverentes agnovit. Nos enim difficultates &

Decr. **Cone** controversies, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint nobis declarandas decidendas querim- admodum ipsa quoque Sancta Synodus

decrevit, reservamus parati, sicut ea de nobis merito confusa est, omnium provinciarum necessitatibus ea ratione, quæ commodi ior nobis visa fuerit, providere Decernem

tes nihilominus irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate ciceriter vel ignoranter contigerit attentari. Ut hæc autem ad omnium notitiam perveniant, ne ve quia excusatione ignorationis uti possit: Volumus & mandamus ut haec litteræ per aliquos curiæ nostræ Curores in Basilica Vaticana Præ incipitis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi, tunc cum in eis populus ut Missiarum solemnibus intersit; congregati solet, palam & clara voce recitentur, & postquam recitatae fuerint, ad vasas earum Ecclesiæ, itemque Cancelleriae Apostolicæ, & in loco solito campi Florum affigantur ibique, ut legi & omnibus innotescere possint, aliquantis per relinquantur. Cum autem inde amovebuntur relictis de more ibi, dem exemplis in alma Urbe ad impressi oneri eradantur, quo commodius per Christiani nominis provincias & regna divulgari possint. Transumptis quoque eorum, quæ manu alijus publici Notarii scripta, subscriptave, & suggillo ac subscriptione alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita fuerint, fidem sine ulla dubitatione haberet, mandamus atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum licet hunc paginam nostræ confirmationis, nonitionis, inhibitionis reservationis, voluntatis, mandatorum, & decretorum in fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit in cursurum. Dat. Romæ, apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M.C. LXIII septimo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto. Ego Pius Catholice Ecclesiæ Episcopus. Ego F. Card. Pisanus, Episcopus Ostiensis. Decanus.

Ego Fr. Car. Casius, Episcopus Porrense.

Ego Io. C. Merulus Episc. Tusculan.

Ego A. Cara. Farnesius Vicecan. Episcopus Sab.

• • • • • ; ^ ^
• • • • • . . .

Ego R. Card. S. Angeli, Major. Pœnitent.

•
•
•

Ego I.C. S. Vitalis

Ego I. Michaël. C. Saracenus.

•

Ego I. B. Cicada, Card. S. Clementis,

Ego Scipio, Card. Pisarum.

Ego I.C. Romanus.

Ego F.M.C. alexandrinus,

Ego Clemens, Car. Aracali.

Ego Ia.C. Sabellius.

•

•

Ego B.C. Salviatus.

Ego Ph.C. Aburd,

Ego Lug.C. Simoneta.

•

•

Ego F.C. Pacierus & de Tc.

Ego M.A.C. Amulius.

Ego Joann. Franc. Card. de Gambara.

Ego Carolus Card. Borromæus.

Ego M. S. Card. Const.

Ego Alph. Card. Gesvaldus.

Ego Hip. Card. Fer.

Ego Francis, Card. Gonzaga.

•

Ego Gui Asc. Diac. Car. Com.

Ego Vitellocius, Card. Vitellius,

•

•

Ant Florebellius Lavellinus,

H. umyn,

CONSTITUTIONES
EX ANTIQUO JURE
DE SUMPTÆ
ET
PER CONCILII
SPECIATIM INNOVATÆ,
UNA CUM ALIIS QUATUOR.
PII PP. IV.
AD CONCILIUM
MAXIME SPECTANTIBUS;

INDEX

CONSTITUTIONUM

INNOVATARUM,

A d audienciam,	289
A lerici, qui.	292
C onfuetudinem.	295
C um capella.	ibid.
C um in cunctis.	266
C um praecelsa,	264
D e missis.	272
E xigit.	288
G rave nimis est.	271
G rave nimis gerimus,	266
I nferiora.	270
I n singulis.	291
I nter ea era.	268
L icet Canoz.	270
N os, ne id.	293
O mnis utriusque.	278
O rdinarii.	273
P ericuloſe.	260
Q uali erit quarto.	293
Q ui a contigit.	276
Q ui a nonnulli,	270
Q uoniam qui.	280
R omana.	283
S tatutum.	300
V olentes.	24
U t iij qui.	280

Symmachus lib. 10. Epist. 21.

*Leges, qua in bonum commune procedunt,
nunquam patiuntur occasum.*

LEO DECIMUS
IN CONCILIO LATERANENSI.
SESSIONE X.

De impressione librorum.

seff. 4.
Decr. ed
dit. &
usu sa
cr. lib.
 Os, ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium salutis detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duimus, ne de cætero cùm bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermissioneantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante Concilio, ut negotium impressionis librorum hujusmodi eo prosperetur feliciùs, quò deinceps indago solerter diligentius & cautiùs adhibeat: statuimus & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, nullos librum aliquem, seu aliam quamcumque scripturam, tam in Urbe nostra, quam aliis quibusvis civitatibus & diœcesibus, imprimere seu imprimi facere præsumat nisi priùs in Urbe per Vicarium nostrum, & sacri palatii Magistrum; in aliis verò civitatibus & diœcesibus per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientię, libri seu scripturæ hujusmodi imprimendæ, ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac inquisitorem hereticæ pravitatis civitatis sive diœcesis, in quibus librorum impressio hujusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manus propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis & sine dilatione imponeandam, approbentur. Qui autem secus præsumperit, ultra librorum impressorum amissionem, & illoram publicam combustionem, ac centum educatorum fabricæ Principis, Aposto-

lorum de Urbe, sine spe remissionis, solutionē, ac anni continui exercitii impressionis suspensionem, excommunicationis sententia innodatus existat: ac deum ingraueſcente contumacia, taliter per Episcopum suum, vel Vicarium nostrum respectivè per omnia juris remedia castigetur; quod alii ejus exemplo similia minime attentare præſumant. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datē Romæ in publica Basilica ſolemniter celebrata anno Incarnationis Dominiacæ 1515. . . Pontif. noſtri anno 3.

S I X T I Q U A R T I

Conſtitutio prior de festo Conceptionis immaculatae Virginis, ex libro tertio Extravagantiū Communionem, tit. de Reliquiis & veneratione Sanctorum.

Soff. 7.

decr. de pecc. orig. **C**UM præ excelsa meritorum insignia, quibus Regna cœlorum, virgo Dei genitrix gloriaſa, fedibus prælata æthereis, ſideribus quasi ſtella matutina petrutilans, devotæ conſiderationis indigne perſcrutamur, & infra pectoris arcana revolvimus, quod ipſa, utpote via misericordiæ, mater gratiæ, & pietatis amica, humani generis confolatrix, pro salute fideliuum qui delictorum onere gravantur, fedula oratrix, & pervaſil, ad Regem quem genuit, intercedit:

1570.

Pauli V. dignum, quin potius debitum reputamus; uniuersos Christi fideles, ut omnipotenti Deo

qua inc.

Regis pacifici. (cujus providentia ejusdem Virginis humiliatatem ab æterno respiciens, pro conciliando

1616.

ojusdem decretu suo auctori humana natura lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui Unigeniti habitaculum sancti Spiritus præparatione

in gene-

rali co- constituit; ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi ſui affuinetet, & im-

gregatio-

reacheret; de ipſius immaculatæ Virginis mira

1617.

conceptione gratias & laudes referant, & insti^{ti} 21. An-
 tuta propterea in Ecclesia Dei, Missas & alia^gz. t*i*, Ne
 divina Officia dicant, & illis intercessint, indul^{guis} p*u*-
 gentiis & peccatorum remissionibus invitare b*l*ice af-
 ut exinde fiant ejusdem Virginis meritis & firmis
 intercessione divinæ gratiæ aptiores. Hac igit^a uideat
 tur consideratione inducti, ejusdem omnipo^tē Virgine
 tis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolo^re ecclesie
 rum ejus, auctoritate confisi, auctoritate Apostolica in Ada.
 stolica hac in perpetuum va*lit*ura co*stitu*m^o: ex*co*
 tione statuimus & ordinamus, quod omnes tensum
 & singuli Christi fideles utriusque sexus, qui restea
 Missam & Officium Conceptionis ejusdem Vir-^d a*et* t*u*
 ginis gloriose; juxta piam, devotam & lauda-^{re} i*usti*
 bilem ordinationem dilecti filii Magistri Leo- à Grego-
 nardi de Nogarolis, clerici Veronensis, Nota^{ris} XI,
 rii nostri, & quæ desuper à nobis emanavit, in gene-
 Missæ & Officii hujusmodi institutionem, in rati con.
 die festivitatis Conceptionis ejusdem Virginis gr^{ati}o-
 Mariæ, & per Octavas ejus, devote celebравe-^{re} 24.
 rint & dixerint, aut illis Horis canonicas inter-^{re} Maij.
 fuerint: quoties id fecerint, eamdem prorsus 1622.
 indulgentiam & peccatorum remissionem con-^{data} ta-
 sequantur quam juxta felicis recordationis men fa-
 Urbani IV. in Concilio Viennensi approbatæ, cultare
 ac Martini V. & aliorum Romanorum Pontifi- Fratri-
 cum prædecessorum nostrorum constitutiones bus Or-
 consequuntur illi qui Missam & Horas cano-^dinis
 nicas in festo Corporis & Sanguinis Domini predi-
 nostri Iesu Christi à primis Vesperis, & per il- catorum
 lius Octavas, juxta Romanæ Ecclesiae constitu- per Bul-
 lionem, celebrant, dicunt, aut Missæ, Officio, & lam que
 horis hujusmodi intersunt, præsentibus perpe- incip. E-
 tuis temporibus valitutis. Datum Romæ apud ximii a.
 S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 147^o. que fin.
 3. Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno 6. g

- gulates,
- B^o m^o ejusdem
- nni, privatum & inter se dimitas etiam quæsiences

*agitanti. Nam ante Conciliū Basiliense eos qui Virginis
Conceptioni immaculatae detrahreant, solemniter admo-
dum damnatos ab Episcopo & universo Cle. à Parisiensi
auctor est Iannes Juvenalis Vrsinus, rchiepiscopus Rhe-
mensis, ii. de Rebus gestis Caroli VI. Francorum Regis,
sub anno 1387. Constitutio alera.*

Graue nimis gerimus & molestum, cū sini-
stra nobis de quibusdā Ecclesiasticis per-
sonis referuntur. Sed in eorum, qui ad evange-
lizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus
prædicando commissis, eò gravius provocamur
quò illi periculosis remanent incorrecti: cùm
facilè deleri nequeant, qui multorum cordibus
sic publicè prædicando diffusius & damnabilius
imprimuntur errores. Sanè cū sancta Romana
Ecclesia de intemperatæ semperq; Virginis Ma-
riæ conceptione publicè festum solemniter ce-
lebret, & speciale ac proprium super hoc Offi-
cium ordinaverit; nonnulli, ut accepimus, diver-
sorum Ordinū prædicatores, in suis sermonibus
ad populum publicè per diversas civitates &
terras affirmare hactenus non erubuerunt, &
quotidie prædicare non cessant, omnes illos
qui tenent, aut asserunt, eamdem gloriosam
& immaculatam Dei genitricem absque ori-
ginalis peccati macula fuisse conceptam, mor-
taliter peccare, vel esse hæreticos; e usdem im-
maculatæ conceptionis Officium celebrantes,
audientesque sermones illorum qui eam sine
hujusmodi macula conceptam esse affirmant:
peccare graviter: sed & pæfatis prædicatio-
nibus non contenti, confectos super his, suis
assertionibus libros in publicum ediderunt, ex
quorum assertionibus & pæficationibus nō le-
via scandala in mentibus fideliū exorta sunt,
& majora merito exoriri formidantur in dies,
Nos igitur hujusmodi temerariis ausibus, ac
perversis assertionibus ac scandalosis, quæ exin-

Ne in Dei Ecclesia exorti possunt, quantum nobis ex aito conceditur, obviare volentes motu proprio, non ad alicujus nobis super hos oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mea deliberatione & certa scientia, hujusmodi assertiones prædicatorum eorumdem & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos qui crederent aut tenerent, eamidem Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam fuisse, propterea alicujus hæresis labi pollutus fore, vel mortaliiter peccare: aut huiusmodi Officium conceptionis celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes, alicujus peccati reatum incurtere, ut pote falsas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos id continentates, quoad hoc auctoritate Apostolica, tenore præsentium reprobamus & damnamus: ac motu, scientia, & auctoritate prædictis statuimus & ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque alii, cu uscumque status, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint qui de cætero ausu temerario præsumperint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, hujusmodi sic per nos improbatas & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint; excommunicationis sententiam eo ipso incurvant, à qua ab alio quam à Rom. Pontifice nisi in mortis articulo nequéat absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientia, & auctoritate similibus, simili poenæ ac censuræ sub ieiñtes eos, qui ausi fuerint asserere, contrariā opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptrā hæresis crimen, vel peccatum incurtere mortale, cum nondum sit à Romana Ecclesia & Apo-

stolica Sede decisum: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque, quibus communiter vel divisiim à Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicati non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quod locorum Ordinarii requisiti, præsentes litteras in ecclesiis consistentibus in eorum civitatibus, & suarum diœcœsum locis insignibus, dum major ibi multitudo populi ad divina convenerit, sermonibus ad populum mandent & faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca in quibus expediens fuerit; deferre: etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earumdem litteratum transsumpro, manum publici Notarii confecto, & authentico aliquius prælati Ecclesiastici sigillo munito, ubique stetur, prout staretur eisdem originalibus litteris; si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, & dñationis, statuti, ordinationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1483 pridie Nonas Septemb. Pontificatus nostri anno 13.

C O N C I L I U M L A C E R A N E S E s u b I N N O C E N T I O I I I .

Sess. de Canones 10 De Predicioribus iniunctis.
ref. 4 I NTER cetera que spectant ad salutem populi Christiani, pabalū verbi Dei de maximè uo-

scitur sibi esse necessariū quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur; eò quod non in solo pane vivat homo; sed in omni verbo quod procedit de ore Dei: unde cum tæcē contingat, quod Episcopi, propter occupationes multiplices vel, invaletudines corporales, aut hostiles incursiones seu occasiones alias (ne dicamus defectū scientiæ, quod in eis est reprobā dum omnino, nec de cætero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maximè per amplas diœceses & diffusas, generali cōstitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officiū salubriter exequendum assuniant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi cōmissas vice ipsorum, cùm per se ijdem nequiverint, solicite visitantes, eas verbo ædificant, & exemplo, quibus ipsi, cū indignerint, necessaria ministrent, ue pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepso. Unde præcipimus tam in cathedralibus quam in aliis conventualibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint, coadjutores & cooperatores habere non solū in prædicationis officio, verū etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis injungendis, ac cæteris, quæ ad salutem pertinēnt animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districte sub jaceat ultiōni.

Lib...Decreti ae elatione, &c. electi potestate.

C A P U T V I I .

Cum in cunctis sacris O: dinib; & ecclesiasticis ministeriis, sint ætatis maturitas, Sess. 7. gravitas morum & litterarum scientia inquirendæ; multò fortius in Episcopo hæc oportet in. cap. 1. quiri: qui ad aliorum curam positus, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conversari. Ea propter, ne quod de qui. buldam pro necessitate temporis factum est, tra-

hatur à posteris in exemplum; præsent, decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigessimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus . qui etiam vita & scientia commendabilis dem ostretur.

Ib. a § i fer. ora.

Seff. 24 de ref. 84p. **I**nferiora etiam ministeria, ut puta Decanatum, Archidiaconatum , & alia quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis Ecclesiæ regimen ; nisi qui jam vigesimum quintum annum ætatis attigerit & scientia & moribus commendabili existat: cùm autē assumptus fuerit, si Archidiac. in Diaconum, & Decanus & reliqui admodum non fuerint præfixo à canonicis tempore in Presbyteros ordinati; & ab isto removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velint & possint illud convenienter implere. Nec prodit eis appellationis re fugiū, si fortè in constitutionis istius transgressionem per appellationem volunt se tueri. Hoc sanè non solum de promovendis, sed etiam de his qui jam promoti sunt si Canones non omissive, præcipimus observari.

Lib. 3. Decretal. de clericis non residentibus.

C A P U T X I I I.

Quia nonnulli modum avaritiae non potentes, dignates diversas ecclesiastices & plures ecclesias parochiales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere ; ut cùm, unum officium vix implere sufficient, stipendiis sibi vendicent plurimorum: ne id de cætero fiat districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia vel ecclesiasticum ministerium constituti debuerit, talis ad hoc personam queratur, quæ residere in loco, & curam ejus per se ipsam valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros canones accedit, amittat: & qui dederit, largieudi potestate privetur.

In Sexto. De electione & elect. potestate.

C A P U T X I V .

LIcet Canon, à felicis recordationis Alexádro Papa III. prædecessore nostro editus , inter cetera statuerit, ut nullus regimen Ecclesiæ parochialis suscipiat; nisi vigesimum quintum ætatis annum attigerit, ac scientia & moribus commendandus existat ; quodque talis ad regimen assumptus hujusmodi, si monitus non fuerit, præfixo à canonibus tempore in presbyterum ordinatus, à regiminis ejusdem amoveatur officio, & alii conferatur. Quia tamen in observatione Canonis memorati se multi exhibent negligentes, nos periculosam illorum negligentiam volentes. juris executione suppleri, præsenti decreto statuimus, ut nullus ad regimen parochialis Ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus moribus, scientia , & ætate; Decernentes, collationes de parochialibus ecclesiis iis, qui non attigerint vigesimuni quintum annum de cætero faciendas, viribus omnino carere. Is etiam qui ad hujusmodi regimen assumetur, ut gregis sibi crediti diligentius curam querere possit, in parochiali ecclesia; cuius rectori exstiterit reliqua personaliter teneatur. Et intra annum à sibi commissi regiminis tempore numerandum, se faciat ad sacerdotium promoveri. Quod si intra idem tempus promotus non fuerit, ecclesia sibi commissa (nulla etiam præmissa munitione) sit præsentis constitutionis auctoritate privatus. Super residentia vero, ut praemittitur, facienda, possit Ordinarius gratiâ dispensationis ad tempus facere , prout causa rationabilis id expofcit.

Lib. 3 De rebus. De præbentis & dignitatibus.

C A P U T X X I X .

GRave nimis est & absurdum, quò l quidam Ecclesiastum prelati, cum possint viros ido-

ad ecclesiastica beneficia promovere , assumere non verentur indignos quibus nec morum honestas , nec litterarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum non judicium rationis. Unde quanta Ecclesiis damna proveniant neimo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, ut, prætermissis indignis, idoneos assumant, qui Deo & Ecclesiis velint & valcent, gratum impendere famulatum; fiatque de hoc in provinciali Cœcilio diligēs inquisitio annuatim; ita ut qui post primam & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis à beneficiis conferendis per ipsum Concilium suspendatur, instituta in eodem Concilio persona provida & honesta, quæ suspensi suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa Capitula, quæ in his deliquerint, observetur. Metropolitani vero delictum, superioris iudicio relinquatur ex parte Concilii nuntiandum. Ut autem haec salubris provisio pleniori consequatur effectum hujusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ nomine relaxetur, ut in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur.

Lib. 3. Decretal. De Præbendis & dignitatibus.

C A P U T X X V I I I .

efſie **D**E multa providentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitū , ut nullus diversas dignitates ecclesiasticas, vel plures Ecclesiias parochiales reciperet, contra factorum Canonum institutione: alioquin recipiens sic acceptū amitteret, & largiendi potestate conferens priv retur. Quia vero propter præsumptiones, & quoniamdam cupiditates, nullus hactenus, aut ratus, de predicto statuto fructus provenit: nos evidentius & expressius occurrere cupientes, præsenti decreto statuimus, ut quicumque repererit aliquod beneficium,

cutam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso jure privatus: & fortè illud retinere contéderit, etiam alio spolieatur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius liberè conferat, cui merito viderit conferendum ; & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundū Lateraneñsis Concilii statutum ejus collatio devolvatur, veràm etiam tantū de suis cogatur proventibus in utilitatē ecclesiæ, cujus est illud beneficiū assignare, quantum à tempore vaccinationis ipsius constiterit esse perceptum. Hoc idem in personatibus esse decernimus observandum: addentes, ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat: etiam si curam non habeant animarū circa sublimes tamen & litteratas personas, quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ, cū ratio postulaverit; per Sedem Apostolicam poterit dispensari.

In Sex o. iij. . 6. De officiis Ordinarii.

ORdinarii locorum subditos suos plures dignitates, vel ecclesiæ, quibus animarum cura imminet, obtinentes, seu personarū aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est, annexa, districtè compellant dispensationis auctoritate, quarum hujusmodi ecclesiæ, personatus seu dignitates canonice tenere se asserunt, intra tempus profacti qualitate ipsorum Ordinatiorū moderandum arbitrio exhibere. Quod si fortè justo impedimento cessante, nullam dispensationem intra idem tempus contigerit exhiberi, ecclesiæ beneficia, personatus, seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicitè detineri constabat, per eos, aliquos eorum collatio pertinet, liberè personis idoneis conferantur. Cæteram si dispensatio exhibi a sufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficiis hujusmodi, quæ

canonicē obtinet, molesteretur. Provideat tamen Ordinarius, qualiter nec animatum cura in eisdē ecclesiis personatibus, seu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipsa debitā obsequiis defraudentur. Si verò de dispensationis exhibitā sufficiēcia dubitetur, super hoc erit ad Sedem Apostolicam recurrentum: cuius est aestimare; quem modum sui beneficii esse velit. In conferendis in super personatibus, & dignitatibus & aliis beneficiis curam habentibus animarum annexam iidē Ordinarii diligentiam illam observent, ut personatum, dignitatem, vel aliud beneficium simile curā habens animarum, alicui plura similia obtinenti non antē conferte præsumant quām eis super obtentis dispensatio evidenter sufficiens ostendatur: qua etiam ostensa, ita demum ad collationem procedi volumus, si appareat per eamdē, quod is, cui est collatio facienda, hujusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere liberè valeat cum obtentis; vel si ea quae sic obtinet, liberè, ac sponte resignet. Aliter autem de personatibus, & dignitatibus beneficiis talibus facta collatio nullius penitus sit momenti.

In Sexto. De privilegiis.

C A P U T I.

Volentes libertatem quam nonnullis Apostolica Sedes privilegio exemptionis indulxit sic integrum observari, ut & illam alii non infringant, & ipsi ejus limites non excedant, declaratione irrefragabili definimus, quod quantumcumque sic excepti gaudeant libertate; nihilominus tamen ratione delicti, sive contractus aut rei de qua contra ipsos agitur, ritē possunt corā locorum Ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suā in ipsos jurisdictionē prout ius exigit exerce e.

Numquid ergo carent omnino in his commode libertatis? non utique: quia nec coram Ordinariis ipsis, dummodò sit in loco exempto cō-

missum delictum, vel contractus initus, aut res religiosa, nec ubi domiciliū habent; si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat conveniri possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum prætextu, locorum diœcesani si ubi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipsa consistit illi converiantur¹⁾, remittendi eos illic vel ipsis ut illic respondeant, injungendi habeant aliquā potestatem; salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos Episcoporum jurisdictioni subesse Canonica præcipiant instituta. Et id ipsum decernimus circa illos, quibus, ut non nisi sub uno judece teneantur de se conquerentibus respondere Apostolico privilegio est concessum. In eos autem, quibus, ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valescant, à sede Apostolica est indultum (sicut sunt religiosi quamplures) in quorum privilegiis continetur; ne quisquam Episcopus vel Archiepiscopus monasteriorum suorum monachos pro ulla causa, ullóve loco interdicere, suspendere vel excommunicare præsumiat: idem Ordinarii jurisdictionem suam, quantum ad ista, ubicumque illi fuerint, penitus exercere non possunt; nisi forsitan ipsi monachi ad monasteriorum suorum prioratus Ordinariis iisdem subiectos fuerint destinati. Tunc enim etsi liberè possint ad eadem monasteria revocari, ac tam illorum quam ipsorum prioratum monachi reputentur (cum non sit inconveniens aliquem utробique locum habere monachicum) unum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere; ratione tamen eoruundem prioratum dicti Ordinarii sua jurisdictione in ipsis etiam quoad præmissa quaindiu morantur in iis li-
Sess. 7.
de ref. c.

In clementi iis. lib 2. tit. De religiosis domibus. 2 S. 15.
Quia contingit interdū, quod xenodochio- Sess. de
ref. c. 3.
 rum, leprosiarum, eleemosynarum, seu

Sess. 7. hospitalium rectores locorum ipsorum cura post-
de ref. posita, bona, res & jura ipsorum interdum ab oc-
 iis. & cupatorum & usurpatorū manibus excutere ne-
Sess. 2. gligunt; quinimò ea collabi & desperdi, domos &
de ref. ædificia ruinis deformari permittunt: & non at-
cap. 8. tento, quòd loca ipsa ad hoc fundata & fidelium
 erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes infec-
 tique lepra recipentur inibi, & ex proventibus
 sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter
 facere, proventus eosdem in usus suos damnabi-
 liter convertentes: cùm tamen ea quæ ad certū
 ulum largitione sunt destinata fidelium, ad illum
 debeant, non ad alium (salva quidem Sedis A-
 postolice auctoritate) conversiones incuriam &
 abusum hujusmodi detestantes, hoc sacro Conci-
 ilio approbante sancimus, ut ii, ad quos id de ju-
 re vel statuto in ipsorum fundatione locorum ap-
 posito, aut ex consuetudine præscripta legitimè,
 vel privilegio Sedis Apostolice pertinet, loca ip-
 sa, studeant in prædictis omnibus salubriter refor-
 mate: ac occupata, desperita, & alienata inde-
 bite, in statum reduci debitum faciant: & ad ip-
 farum miserabilium personarum receptionem &
 sustentationem debitam, juxta facultates & pro-
 ventus locorum ipsorum, rectores prædictos co-
 pellere non omissant. In quo si forte cōmiserint,
 negligentiam vel defectum, Ordinariis locorum
 injungimus, ut etiam si pia loca prædicta exem-
 plionis privilegio munita consistant, per se-
 ipsos vel alios impleant omnia præmissa & fin-
 gula, & rectores eosdem utique non exemptos,
 propria; exemptos verò, & alios privilegiatos. A-
 postolica ad id auctoritate cōpellant Contradi-
 ctores, cujuscumque status aut conditionis exi-
 stant aut præbentes eisdem circa præmissa con-
 filium, auxilium, vel favorem per censuram Ec-
 cleasticam, & aliis juris remediis compescen-
 do; nullum tamen per hoc exemptionibus seu

privilegiis ipsi quoad alia præjudicium generando. Ut autem præmissa pròptius obseretur, nullus ex locis ipsiis secularibus clericis in beneficium conferatur, etiam si de consuetudine (quā reprobamus penitus hoc fuerit observatū nisi in illorum fudatione secus fuerit constitutum, ieu per electionem sit de rectore locis hujusmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & bonis testimoniis committatur, qui sciant, velint, & valeant loca ipsa, bona eorum; ac jura utiliter regere, & eorum proventus & redditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare; & quos in usus alios bona prædicta convertere præsumptio verisimilis non existat: in quibus sub obtestatione divini judicii, illorum, ad quos dictorum locorum commissio pertinet, conscientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committetur, ad instar tutorū & curatorum iuramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria confiscere, & Ordinariis, seu aliis quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationē. Quod si secus à quoquā fuerit attentatum collationem provisionem, seu ordinationem ipsam carere discernimus omni robore firmatis. Præmissa vero ad hospitalia militarium Ordinum, aut religiosis, etiam aliorum, extendi minimè volumus. Quorum tamen hospitalium rectoribus in sanctæ obedientiæ virtute mandamus, ut in illis secundūm suorū Ordinum instituta & antiquas observantias providere pauperibus & hospitalitatē debitam in illis tenere procurent; ad quod per superiores eorum arcta distinctione cogantur statutis aut consuetudibus quibuslibet non obstantibus in præmissis. Ceterum nostræ intentionis

cis existit, quod si que hospitalia, altare, vel
altaria, & cœmerte riunijab antiquo habentia, &
Presbyteros celebrantes, & sacramenta Ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si parochiales
rectores consueverint in illis exercere præmissa
antiqua consuetudo servetur quoad exercenda
& ministranda spiritualia supradieta.

Concilium Lateranenſe sub Innoc. III c. 81. De pœn. & remiss. Omnis.

OMNIS utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltē semel in anno, proprio sacerdoti; & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiae sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxexit abstinentiam: alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantiae cæcitatem velamen excutionis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iuste causa sua confiteri peccata licentiam prius postulet & obtineat à proprio, sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit solvere vel ligare.

Lib. I. c. 3. De vita & honestate Clericorum.

OUNIAM, qui abjectis vestibus proprio congruentibus Ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante, præsumit, professorum illius Ordinis prærogativa reddit indignum; præsenti constitutione sanctimus, quod quicumque clericus virgata vel paritia veste publicè uteretur nisi causa rationabilis fuero: si beneficiatus extiterit, per sex menses à perceptione fructuum beneficiorum que obtinet, sit eo ipso suspensus: si vero beneficiatus non

fuerit, in ea tamen Ordinibus ita saepe erit, cui per-
tium constitutus, per idem tempus reddatur eo: ius ple-
ipso inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium bis ani-
ob: inendum.

ma sunt

Idem quoque censemus de clericis aliis, ve-~~co~~ commissa-
stem talem, simul & tonsuram publicè deferent. Qua-
tibus clericalem. Dignitatem verò personatum, cum que-
seu beneficium aliud obtinens, cui cura imini-^{10 q. 1.}
neat animarū, nec non cæteri in sacerdotio con-~~co~~ præ-
stituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per de-cipimus.
centiam habitus extrinseci morum intrinsecam ^{11. q. 1.}
honestatem ostendere, sic [præterquam ex causa quin ~~co~~
rationabili] publicè vestem ferant hujusmodi, Parochi
aus insulam seu pileum lineum publicè porten-nomine
t in capite ; sint, eo ipso beneficiati , videlicet à *Venit in*
perceptione fructuum beneficiorum quæ obtri-Concil.
nent, suspensi per annum. Ceteri verò sacerdo-*Vernons.*
tes & religiosi quilibet per idem tempus reddant ~~passim~~.
tur inhabiles ad quocumque beneficium Ec-*Sej. 8. de*
clericisticum obtinendum. Sed & tales & cæteri ref. c. 3.
quicumque clerici utentes epitogio seu tabardo
foderato usque ad oram, & ita brevi, quod vestis
inferior notabiliter videatur ; epitogium ipsum
seculares clerici & religiosi, administrationem-
habentes, teneantur intra mensam dare paupe-
ribus, ceteri verò religiosi administrationem nō
habentes, intra idem tempus illud teneantur suis
superioribus assignare, in pios usus aliquos con-
verendum. Alioquin beneficiati suspensionis,
cæteri , verò inhabilitatis pœnas prædictas per
idem tempus se noverint incurritse.

Huic insuper adjicimus sanctioni, ut clerici
præsertim beneficiati, caligis , scacatis , rubcis
aut viridibus publicè non utantur.

Lib 3 Decret. De Ecclesiis adificandis.

C A P U T I I I .

S ff 21.

AD audientiam nostram noveris pervenisse, le ref.
quod villa quæ dicitur H. tantum perhibe-. ap. 4

tur ab Ecclesia parochiali distare , ut tempore hiemali, cùm pluviae inundant, non possint Parochiali sine magna difficultate ipsam adire unde non valent congruo tempore Ecclesiasticis interesse officiis.

Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur redditibus abundare, quod præter illius villæ provetus minister illius convenienter valet sustentationem habere, mandamus, quatenus si res ita se habet Ecclesiam ibi ædifices & in ea sacerdotem sublato appellationis obstaculo, ad præsentationem rectoris Ecclesiae majoris cum Canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suā ejusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum ; providens tamen ut competens in ea honor pro facultate loci matrici servetur: quod quidem fieri posse videtur , cùm ejusdem villæ dominus viginti areas terræ frugiferæ velit ad usus sacerdotis conferte Si vero persona matricis Ecclesiae virum idoneum præsentare distulerit , vel opus illud voluerit impedire, tu nihilo minus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum appellationis cessante diffugio , instituere non omittas.

Lib. i. Clement. De etate & qualitate & ordine preficiendorum.

*Seff. 7.
de r:f.
cap. 4*

UT ii qui divinis cathedralibus vel collegiatis, secularibus vel regularibus Ecclesiis sunt mancipati officiis, vel mancipabuntur in posterum ; ad suscipiendos sacros Ordines propensiùs inducantur; Statuimus, ut nullus cætero in hujusmodi Ecclesiis vocem in Capitulo habeat(etiam si hoc sibi ab aliis liberè concedatur) nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus.

Illi vero qui dignitates , personatus, officia, vel p:æbendas, quibus certi ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in eisdem Ecclesiis;

vel obtinuerint in futurum, nisi (justo impedimento cestante) ad hujusmodi ordines se promoveri fecerint intra annum, ex tunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant earumdem; ipsisque distributionum quæ dantur iis qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur: non obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis. Poenis alii, quæ contra tales promoveri ad Ordines recusantes statuuntur in jure, nihilominus in suo robore permansuris.

In Sex o. lib. 2. ss. De appellationibus.

C A P U T I I I .

ROmana Ecclesia & infra. Cum Suffraganeorum Rhemensis Ecclesiae, suorumque officialium (qui generaliter de causis ad ipso-Sess. 21. rum forum pertinentibus eorum vices supplen. de ref. do cognoscunt) unum & idem consistorium si-cap. 7.2 ve auditorium sit censendum, ab ipsis officialibus, non ad dictos Suffraganeos (ne ab eisdem ad se ipsos interponi appellatio videatur, sed de jure ad Rhensem est curam appellandum. Ab Archidiaconis verò aliisque inferioribus prælatis Suffraganeis subjectis, eisdem & eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, & non ad eamdem curiam commissis dictis Suffraganeis) appellari; nisi aliud Rhemensi Ecclesiae de consuetudine competat in hac parte. Cum autem ad præfatam curiam ab eo: uideum suffraganeorum vel suorum officialium audiētia fuerit appellatum, Rhemensis Archiepiscopus (qui pro tempore fuerit; vel officialis ipsius nullatenus in appellationis causa interpolit: & ante definitivam sententiam citent partes, nec etiam aliis illam committent, appellationis ejusdem causa probabilis seu legitima non expressa.

Si verò vocatis partibus, vel nullatenus, aut non intra decem dies post interlocutoriam vel

definitivam sententiam appellatum fuisse , seu aliquid aliud simile . sicque non esse per appellationem ad eundem Archiepiscopum vel ejus officiale devolutum negotium , proponatur : idem [nisi prius ipsi constituerit causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam] prohibere , ne in causa illa ; vel ne ad executionem procedatur sententiæ , non præsumant ,

Quod si objiciatur ex injusta causa , seu minus legitima , ante sententiam appellationem interpositam existisse , & ex eo non esse appellationem hujusmodi admittendam : nequeunt prædicti Archiepiscopus vel ejus officialis prohibere , ne procedatur in causa , nisi prius appellatione recepta velut emissâ ex causa probabili , cognoscere incipient de causa hujusmodi an sit vera . Si autem post sententiam in casibus à jure prohibitis [utpote à sententia super manifesto & notorio crimine , vel de quo quis in jure confessus existit , promulgata] vel consimilibus appellatum fuisse dicatur : possunt , ne sententia executioni mandetur [postquam cognoscerè cœperint , utrum sit recipienda , vel non appellatio ab eo interposita] inhibere . In alium quoque qui circa rem de qua inter appellantem & appellatum controversia vertitur , aliquid post eorum inhibitionem attentat , non valent occasione hujusmodi iurisdictione aliquā vendicare .

Cum vero is qui ad Rhemensem curiam super aliqua causa vocem appellationis emitte , nihilominus in causis aliis Ordinarii sui iurisdictioni subiiciatur : Rhemensis Archiepiscopus vel officialis ipsius nequaquam jurisdictionem ipsa in aliis impedian , ut ab ejusdem Ordinarii potestate totaliter eximant , taliter appellantem , debet autem ad eos ab Episcopis præfatae provinciæ super causis in quibus temporalem iurisdic-

ditionem exerceant, nisi forte de consuetudine aut privilegio, sive iure alio speciali sit appellandum ad alium appelliari. Sententias quoque interdicti vel suspensionis, sed excommunicationis in appellantem ab eo, à quo appellatum proponitur, promulgatas nullatenus, nisi vocatis partibus, de appellatione legitimè cognito, revo-cent aut deponent esse nullas. Cùm autem ad Rhemensi Archiepiscopū ab audience Suffraganei sui super aliqui causa fuerit ante senten-tiam, appellatum: idem Archiepiscopus postquam de appellatione cognita constiterit eam minùs rationabilem existisse, causā ad eundem Suffraganeum remittere non postponat.

Bonifacius VIII. In Sexto. lib. 3 tit. 2. De clericis conjngatis, cap. unir.

Clerici qui catar unicis & virginibus contra-
xerunt, si consuram & vestes deferant clericales Sess. 23.
de ref. 6.
privilegium retineant, a Canonis ab In-
nocentio secundo prædecessore nostro editi in
favorem totius Ordinis clericalis Et cùm juxta
b Parisiense Concilium nullus clericus distin-
gi debeat, aut condemnari à judice sacerdotali;
præsenti declaramus edito, hujusmodi clericos
conugatos pro commissis ab eis excessibus vel
delictis trahi non posse criminaliter aut civiliter
a iudicium sacerdotale, nec ab ipsis sacerditibus
iudicibus eos debere personaliter ne per unam
viam concedatur eisdem iudicibus, quod per a-
liam denegatur) nullatenus condemnari. In cæ-
teris autem, vel nisi, ut præmittitur, consuram
vel vestera deferat clericales, etiam in præmissis
eos gaudere noluimus privilegio clericali.

Gregorius 10. in Generali Concilio Lugdunensi In

9. .3. tit. 26. De censibus &c exactionibus c. 1 Sess. 24.

Licit perversorum audacia, ut non simul de ref.
sola delictorum prohibitione contenti, sed cap. 3.

etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicis recordationis. Innocentii Papæ quarti, prædecessoris nostri, editam super non recipiendis in pecunia procuracyibus, ac super receptionem munera visitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fecit temeritas præterire, volentes inviolabilitatem observari, eam decernimus pœnæ adjectione juvandam: Statuentes, ut universi & singuli, qui ob procuracyem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam; vel etiam à volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipiendo munera sive visitationis officio non inpenso, procuracyem in victualibus aut in aliquid aliud procuracyis occasione, violare præsumpserint, duplum eius quod receperint Ecclesiæ à qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ sentiant interdictum. Inferiores verò ab officio & beneficio noverint se suspen-
sus, quo usque de duplo hujusmodi gravatis Ec-
clesiis plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione liberalita-
te, seu gratia valitura.

**Ex Cōc. Laxrā sub Inno. 3 c. 8. & l 5. Decreta iū-
rit. 1. De acculacionibus & inquisitoribus, c. 14**

Sess. 24. **Q**ualiter & quando debeat prælatus proce-
de ref. dere ad inquirendum & puniendum subdi-
cap. 15 torum excessus, ex autoritatibus novi & veteris
Testamenti colligitur evidenter, ex quibus po-
stea processerunt canonicae sanctiones, sicut o-
lim aperte distinximus, & nunc sacri approba-
Luca 19 tione Concilii confirmamus. Legitur enim in
genes. Evangelio, quod villicus ille qui diffamatus e-
rat apud dominū suum quasi dissipasset bona
ipsius, audivit ab illo. **Quid hoc audio de te?**

reddere rationem villicationis tuæ ; jam enim non poteris villicare. Et in Genesim Dominus ait: Descendā, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverunt. Ex quibus auctoritatibus manifestè comprobatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum prælatus excedit; si per clamorem & famam ad aures superioris pervenerit, non quidem à malevolis & maledicis, sed à providis & honestis; nec semper tantum n, sed sàpè (quod clamor innuit & diffamatio manifestat) debet coram Ecclesiis senioribus veritatem diligentius perscrutari; ut si rei poposcerit qualitas, canonica districcio culpam feriat delinquentis, non tamquam sit auctor & judex, sed quasi deferente fama, vel de-nuntiante clamore officii sui debitum exequatur.

Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen observandum est in prælatis qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complaceret, cum ex officio teneantur non solum arguere sed etiam increpare; quin etiam interduin suspendere, non numquam verò ligare, frequenter odium mulitorum incurront, & insidias patiuntur : Ideo Sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio prælatorum non facile admittatur; ne concussis columnis, corrueat ædificium; nisi diligens adhibetur cautela perquam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere prælatis, ne criminalentur injustè, ut tamen caverentur delinquenti insolenter, contra morbum utrumque invententes congruam medicinam, videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis (id est degradationem intenditur, nisi legitima procedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excellibus suis quisquam fuerit infa-

matas, ita, & jam clamor adscendat, qui diutius
 sine scandalo dissimulati non possit, vel sine pe-
 riculo tolerari, absque dubitationis scrupulo, ad
 inquirendum & puniendum ejus excessus, non
 ex odio fomite; sed charitatis procedatur affectu,
 quatenus si fuerit gravis excessus et si non degra-
 detur ab ordine, ab administratione tamen a-
 moveatur omnino: quod est, secundum evange-
 licam sententiā, à villicatione vilicum amove-
 ti, qui non potest villicationis suæ dignam red-
 dere rationem. Debet igitur esse præsens is con-
 tra quem facienda est inquisitio nisi se per con-
 sumaciam absentaverit: & exponenda sunt ei illa
 capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut fa-
 cultatem habeat defendendi seipsum. Et non so-
 lum dicta, sed etiam nomina ipsa testimoniū
 ei, ut quid, & à quo sit dictum appareat, publica-
 da: nec non exceptiones & replicationes legi-
 timæ admittendæ, ne per suppressionem nominū
 infamandi, per exceptionum verò exclusionem,
 depositi falsum, audacia præheatetur. Ad corri-
 gendos itaque subditorum excessus, tanto dili-
 gentius debet prælatus assurgere, quanto damna-
 bilius eorum offensas desereret incorrectas: con-
 tra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, et si
 tribus modis possit procedi, per accusationem
 videlicet, denunciationem, & inquisitionem; eo-
 tum, ut tamen in omnibus diligens a lhibeat
 cautela; ne forte per leve compendium ad gra-
 ve dispendium veniatur: sicut accusationem le-
 gitima præcedere debet inscriptio, sic & denun-
 ciationem charitativa admonito, & inquisitionē
 clamosa insinuatio prævenire; illo semper adhi-
 bito moderamine, ut juxta formam iudicii, sen-
 tentiæ quoque forma dicetur. Hunc tamen or-
 dinem circa regulares personas non credimus
 usquequaque servandum, quæ, cum causa requi-
 rit, facilius & liberius à suis possunt administra-
 tionibus amoveri.

Cum capella ducis Burgundiæ gaudere di-
catur hujusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas Canonorum ejusdem capellæ suspensionis, vel excommunicationis, aut interdicti, sententias audiatur promulgare: quidam capellæ supradictæ Canonici, qui parochiales ecclesiæ à te tenent; occasione privilegii prælibati, in his etiam quarum jurisdictione ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcumque graviter interdum excedant, tuæ correctioni, recusent & tententia subjacere. Quocircum mandamus, quatenus in quantum exempti sunt, ejusdem ratione capellæ Apostolicis privilegiis deferas reverenter, sed in quantum ratione parochialium Ecclesiarum, vel alias, jurisdictionem tuā respicere dignoscuntur, officii cui debitum in eisdem liberè prosequaris.

In Sexto, l. 3, tit. 1. De clericis non residentibus, r. an Seff. 24.

Conscientinem, quæ in quibusdam partibus de ref. c. inolevit, qua canonici & alii beneficiati seu sacerdotes cathedralium, & aliarem collegiatarum Ecclesiarum, distributiones quotidianas, quæ alias manualia beneficia seu ~~virtualia~~ nuncupantur, & tantum residentibus tribuuntur (qualitercumque in civitatibus seu aliis locis) in quibus ipsæ consistunt Ecclesie) sint præsentes, licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt, ac si continuè in ipsis Ecclesias, in eisdem officiis deservirent, penitus improbantes.

Statuimus, ut distributiones ipse quotidianæ, in quibuscumque rebus consistant, canonicis ac aliis beneficiatis, & clericis Ecclesiarum ipsarum; qui eisdem officiis in ipsis Ecclesias adfuerint, tribuantur juxta Ecclesiarum cujuslibet ordinationem rationabilem jam factam, seu etiam

faciendam : qui verò aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis quos infirmitas seu justa & rationabilis corporalis necessitas aut evidens Ecclesiae utilitas excusat) rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas ; imò ad omnium restitutionem , quæ contra hujusmodi constitutionem nostram receperit, teneatur De distributionibus etiā pro defunctorum anniversariis largiendis idem decernimus observandum.

In Sexto l. 3. n. 10. De statu regularium. c. un.

PEriculo & detestabili quartu[m]diam monialium statui quæ honestati laxatis habentis, & monachali modestia , sexusque reverendia; impudenter abjectis , extra sua monasteria nonnumquam per habitacula sacerdotalium personarum discurrent, & frequenter intra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, qui suam integritatem voluntate sponte[n]ea deoverunt; gravem offendam , religionis opprobrium & scandalum plurimorum) prævidere salubriter cupientes præsenti constitutio[n]e perpetuò irrefragabiliter valitura , sancimus, universas & singulas moniales præsentes. atque futuras cujuscumque Religionis sint vel Ordinis, in quib[us]libet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasteriis debere decetero permanere clausura : ita quod nulli earum religionem tacite vel exprefse professæ, sit vel esse valeat quacumque ratione vel causa (nisi forte tanto & tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas , nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac vias ad quem pertinuerit, speciali licentia)

ingressus vel accessus paret ad easdem ; ut sic à publicis & mundanis conspectibus separatae , oamino servite Deo valeant liberius , & [lasciviendi opportunitate sublata] eidem corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire . Sanè ut hoc salutare statutum commodiū valeat observari , districtus ī hibemus , ne in monasteriis Ordinum non mendicantium aliquæ recipiantur de cetero in sorores , nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis sive proventibus absque penuria sustentari : si secūs actū fuerit , irritum decernentes .

Verum quando Abbatilla vel Prioria cuiusvis monasterii , pro fendo quod monasterium ipsum tenet ab aliquo Princeps seu domino temporali , sibi debet homagium vel fidelitatis sacramentum præstare [nisi quod per procuratorem illud præstet possit efficere apud eum] de monasterio cum honesta & decenti societate exire poterit eo casu licenter , homagio factō , quam primum commode poterit ; seu fidelitatis præstito sacramento , ad ipsum monasterium è vestigio reversura ; sic quod in fraudem residentiæ sive moræ claustralitatis nihil fiat omnino .

Porrò ne moniales causam seu occasionem habeant evagandi , Principes sacerdtales ac alios dominos temporales rogamus , requirimus , & obsecramus per viscera misericordiaæ Iesu Christi , eisdem in remissionem peccatum nihilo minus suadentes , quod abbatisas ipsas , & Priorias , ac moniales quascumque , monasteriorum suorum , curam , administrationem negotiāve gerentes , quibuscumque nominibus censeantur , per procuratores in suis tribunalibus securiis litigare permittant : ne pro constituentis procuratoribus (qui adornati in aliquibus paribus nuncupantur) seu aliis ejusmodi easdem oporteat evagari .

D.d. iiii.

Si qui verò contrā p:æsumperint , exhortationi huiusmodi rationabili & que sanctæ obtemperate nolentes,cùm sit iuri contrarium , quod mulieres (p:æsertim religiosæ) per seip-sas ligare cogantur, & à via deviet honestatis & periculum animarū inducat, ad hoc per suos Ordinarios ecclæsticos censura ecclæstica compellantur. Episcopis autem & aliis prælatis superioribus & inferioribus quibuscuinque injungimus quod & ipsi causas seu negotia , quæ p:æfatæ moniales habebunt agere , coram ipsis aut in curiis eorumdem,sive sint homagia , fidelitatis sacramenta, lites, vel quidquid aliud, ipsa per procuratores earum fieri faciant & tractari.

Et quoniā parum esset conderè jura,nisi essent qui ea executioni débile demadarent, Parriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis universis districtè in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione divini iudicii, & interminatio-ne maledictionis æternæ percipiendo mandamus, quatenus eoium quilibet in civitate ac diœcesi propria in monasteriis monialium sibi ordinario jure subiectis , sua; in iis verò quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate.

Abbates verò & alii tam exempti quam non-exempti prælati ecclæstatum , monasteriorum, & Ordinum quorumcūque, in monasteriis hujusmodi sibi subiectis de clausura convenienti, ubi non est ipsorum monasteriorum expensis & fideliū eleemosynis , quas ad hoc procurant diligentius facienda , & de ipsis monialibus includendis, quamprin:im commodè poterunt providere, procurent: si divinæ ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam evitare: contradictores atque rebelles , per censuram ecclæsticam appellatione postposita com-

pescendo : invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Per hec autem in monasteriis exemptis Ordinatii locorum , quo- ad alta, nullam sibi credant jurisdictionem vel potestatem aliquatenus attributam

Ex Innoc. III. Concilio Later. c.12. 15 lib.3. Decree.

121, i 35. t. stat. monarch. c. 7.

IN singulis regnis sive provinciis fiat de trien. *Seff 15.* In iis in triennium , salvo iure diœcesanorum *de rega.* Pœnatum, commune Capitulum Abbatum atque monachorum; Abbates proprios non habentium *nisi. c.8.*, qui non consueverunt tale Capitulum celebrare ad quod universi conveniant , præpeditionem canonicam non habentes apud unum de monasteriis ad hoc aptum; hoc adhibitio mode- ramine ut nullus eorum plus quam sex evictio- nes, & octo personas adducat. Advocent autem charitatib[us] in hujus novitatis primordiis duos Cisterciensis Ordinis Abbates vicinos , ad præstandum sibi consilium & auxilium, oppor- tunum, cum sint in huiusmodi Capitulis cele- brandis ex longa consuetudine pienius in- formati. Qui absque contradictione duos sibi de ipsis assident, quos viderint expedite Ac ipsi quatuor præsent Capitulo universo , ita quod ex hoc nullus eorum auctoritatem præla- tionis assumat : unde, cum expedierit , provi- da possint delib[er]atione mutari.

Hujusmodi vero Capitulum aliquod certis diebus continuè juxta morem Cisterciensis Oz- dinis celebretur, in quo diligens habeatur tra- status de reformatione Ordinis, & observantia regulari; & quod statutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inviolabiter obser- vetur, omni excusatione & contradictione , ac appellatione remotis provisio nihilo nimis, ubi sequenti termino debeat Capitulum celebrari: & qui convenerint, vitam ducant communem

& faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas: ita quod si non omnes potuerint in eisdem , saltem plures simul in diversis domibus commorenentur Ordinentur etiam in eodem Capitulo religiosæ ac circumspetæ personæ, quæ singulas abbatias ejusdem regni sive provinciæ, non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, corrigeantes & reformatantes , quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere; ita quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum , denuntient Episcopo proprio, ut illum amovere procuret : quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicæ Sedis examen. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus & præcipimus observare. Si verò in hac novitate quidquam difficultatis emergerit , quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ Sedis judicium absque scandalo referatur ; ceteris irrefragabiliiter observatis , quæ concordi facient delibera-
tione provisa.

Porrò dicæsanii Episcopi monasteria sibi subjecta ita studeant reformatæ ; ut cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inventiant quod commendatione quam quod cor-
rectione sit dignum ; atterissimè præcaventes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur. Quia sic volumus superiorum iura servari ut inferiorum nolimus injurias sustinere

Ad hoc districtè præcipimus tam dicæsanis Episcopis, quam personis , quæ præerent Capitulis celebrandis , ut per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant advoca-
tos, patronos, vicelatinos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios ne mo-
nasteria præsumant offendere in personis ac re-

bus, Et si forsitan offendenterint eos ad satisfactio-
nem compellere non omittant, ut liberius &
quietius omnipotenti Deo valeant famulari. Sess. 7.
de ref.

In Sexto. lib. 1. c. 3. de es rittis, c. 2.

Tatutum quod circa judices à Sede Apostoli-¹⁰.

Sca deputandos nuper edidimus, cùm quædam
contenta in eo, quæ pro communi utilitate cre-
debantur inducta [sicut experientia docuit] ten-
dere dignoscantur ad noxam, sanctione præsenti
quam irrefragabiliter observari mandamus, sua-
dente utilitate, in melius duximus reforman-
dum. Sancimus igitur ut nullis, nisi dignitate
præditis, ut personatum obtainentibus, seu Ec-
clesiarum cathedralium canonicis causæ aueto-
ritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel legato-
rum ejus, de cetero committantur, nec audiantur
alibi quæm in civitatibus vel locis insignibus
ubi possit commodè copia peritorum haberi.

BULLA S. D. N. D. PII,
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IV.

Super forma juramenti professionis fidei.

PIOUS EPISCOPUS SERVVS
SERVORUM DEI,

ad perpetuam rei memoriam.

In iunctum nobis Apostolicæ servitutis offi-
cium requirit, ut ea quæ Dominus omnipotens ad fidem
ad providam Ecclesiæ suæ directionem, sanctis professio-
nibus in nomine suo congregatis, divinitus renear-
inspirate dignatus est, ad ejus laudem & gloriæ cura, de-
incunctoranter exequi properemus. Cū itaque juxta clarat.
ea Concilii Tridentini, dispensationem omnes, Bulla
quos deinceps cathedralibus & superioribus Ec-
clesiis praefici, vel quibus de illarum dignitatibus In sacro
& aliis quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, arcta,
curam animarum habentibus provideri contin-
get, publicam orthodoxæ fidei professionem fa-
cere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia per-

Qui pra-

ter ea

ad fidem

renear-

inspirate

dignatus

est, ad ejus

laudem & gloriæ

cura, de-

incunctoranter

exequi

properemus.

Cū itaque

juxta clarat.

mansuros spondere, & jurare, teneantur: Nos volentes, etiam per quoscumque, quibus de monasteriis, conventibus, dominibus, & aliis quibuscumque locis, Regula ium quorūcumque Ordinū, etiam Militiarum, quocumque nomine vel titulo providebitur, idem servari, & ad hoc, ut unius ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes, in hoc alicui minime desiderari, formam ipsam, praesentibus annotatam, publicari, & publique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilii & alios praedictos spectat, recipi & observari ac sub pœnis per Concilium ipsum in contravenientes lati, juxta hanc & non aliam formam professionem praeditam solemniter fieri, auctoritate Apostolica tenore praesentium districte N. de j. - præcipiendo mandamus, hujusmodi sub tenore, recitat. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbole fidei, quo sancta Rosiana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorē cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium, & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia saecula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines, & propter nostraam sa-

lutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est; & surrexit tertie, die secundum Scripturas; & ascendit in cœlum sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos; cuius regni non erit finis; & in spiritum sanctum Dominum r,

n inu^m, & vivificantem , qui ex Patre Filioque
 pro edit; qui cu : pa:re & Filio si: ul adoratur,
 & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas
 & una:ii sanctas Catholica:n , & Apostolicam
 Ecclesiam. Confiteor unum Baptis: a in rea i-
 fione: peccatoru:n , & exspecto resurrectionem
 mortuoru:n , & vitâ venturi saeculi. Am*ē* Apostolicas
 ecclesiasticas traditiones , reliquasque ejusdem
 Ecclesiae observationes & constitutiones firmissi-
 m*e* ad: itto,& amplector. Ite : sacra:n Scriptu-
 ra:n juxta eu:senm n quem tenuit & tenet
 sancta:n ater Ecclesia, cu: us est judicare de vero
 sensu,& interpretatione sacrarum Scripturarum,
 ad: itto;nec ea n ut quam risi juxta unani:it
 consensu: patru: accipia:r , & interpretabor.
 Profiteor quoque septe: esse vere & proprie Sa-
 cra enta novae legis à Jesu Christo Domino
 nostro instituta,atque ad salutem hu:ane gene-
 ris,licet non o:nia singulis necessaria,scilicet
 Baptismu:, Confirmatione:r, Eucharistia:n,Poe-
 nitentia:r,Exure:t am Unctione:r, Ordinem &
 Mat:ri: oniu:r ; illaque gratiam coasferre , & ex
 his Bap:isi:u:r,Confir: atione:r,& Ordine:n,sin-
 ne sacrificio reiterati non posse. Receptos quo-
 que & approbatos Ecclesiae Catholicae ritns, in
 Supradictorum omnium Sacramentorum soleni
 administracione recipio,& admitto; Omnia &
 singula, quæ de peccato originali,& de justifica-
 tione in sacrosancta Tridentina Synodo definita
 & declarata fuerunt,amplector,& recipio: Profi-
 teor pariter in Missa offerti Deo verum,proprium
 & propitiatorium sacrificium pro vivis,& defun-
 eti.;atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento
 esse vere,realiter & substantialiter corpus & san-
 guinem,una cum anima & divinitate Domini
 nostri Jesu Christi,fieriique conversionem totius
 spoudeas voreo,ac juro: Sic : e Deus adjuvet &

substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ
 vini in sanguinem: quam conversionem Catho-
 lica Ecclesia transubstantiationē appellat. Fatoe
 etiam sub altera tantum specie, totum atque in-
 tegrum Christum, verūque Sacramentum sumi.
 Constanter teno Purgatorium esse, animisque
 ibi detentas fidelium suffragiis juvari: Si nihil
 & Sanctos nā cum Christo regnantes, veñeran-
 dos atque invocandos esse, eosque orationes Deo
 pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse ve-
 nerandas. Firmissime assero, imagines Christi, ac
 Dciparæ semper virginis, nec non aliorum San-
 ctorum, habendas & retinendas esse, atque eis
 debitū honorem ac venerationem impertiendā;
 Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in
 Ecclesia relictam fuisse; illarumq; usum Chiſtia,
 non populo maxime salutare m̄ esse, affirmo: San-
 cta Catholica, & Apostolicā Romā a n Ec-
 clesiam, o nū Ecclesiatu n matrem & n agis-
 tra n agnosco; Roanoque Pontifici, beati Petri
 Apostolorū: Principis, successori, ac Iesu Christi
 Vicario vera n obedientia n spondeo, ac juro:
 Cetera item o nia à sacris Canonibus, & ecu-
 menicis Conciliis, ac præcipue à sacrosancta Tri-
 dentina Synodo tradita & declarata, indubitan-
 ter recipio atque profiteor si nulque contraria
 o nia atque hæreses quascumque ab Ecclesia
 da natas rejectas & anathematizatas ego pari-
 ter damno, rejicio & anathematizo: Hanc verō
 Catholica n fidē: extra quam nō o salvus es-
 potest, quam in præsenti sponte profiteor, & ve-
 raciter teneo; ea dē integrā n & inviolatā, us-
 que ad extremum vitæ spiritu n constantissi
 e (Deo adjuvante) retineri, & conficii, atque à
 meis subditis vel illis quorū cura ad n e in n u-
 nere meo spectabit teneri, doceri, & prædicari.
 Quæcum in n e exit, iuraturum, ego ideā N.

hæc sancta Dei Evangelia. Volumus autem quod praesentes litteræ in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur. Et ut omnibus facilius pateant, in ejus Quinterno describantur, ac etiam imprinantur.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ declarationis definitionis, mandati, terti & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumere: it indignatione omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum. Dat. Romæ, apud sanctum Petru anno incarnationis Dominicæ milie.imo quingentesimo sexagesimo quarto, quintodecimo Kal. Augusti Pontificatus nostri anno quinto.

Fed. Card. Casius.

C & Glorierius.

Læte & publicæ faciunt supra scriptæ litteræ Romæ, in Cancellaria Apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, die vero Sabbati, nona mensis Decembri, Pontificatus Sanctissimi in Caïlo Patris, & Domini nostri, Domini Pii Papæ quarti, anno quarto.

A. Lomelinus cursor.

B U L L A S. D. N. D. P I I.
D I V I N A P R O V I D E N T I A P A P Æ IV.
Super declaratione temporis ad observanda
decreta sacri oecumenici & generalis Con-
cilii Tridentini.

P I V S E P I S C O P V S.

S E R V U S S E R V O R U M D E I
ad perpetuam rei memoriam.

Sicut ad sacerorum Conciliorum decreta ac Sacrae auctoritas atque confirmatio Apostolicae Sedis & debet & solet accedere: ita si qua fuerit eis exorta sit dubitatio, ejusdem Sedis iudicio & declaratione tollenda est. Ad aures no-

stras pervenit, multos esse qui dubitent, ex quo
 tempore cœperint decreta sacri generalis Con-
 cilii Tridentini ad reformationem & jus positi-
 vum dumtaxat spectantia, eos ad quos pertinent
 obligare, illa præseruum, quæ tempora certa præ-
 stituunt ad provinciales diœcesanasque Synodos
 celebrandas, ad sacros Ordines suscipiendos, ad
 religionem profarendam, ad parochiales Eccle-
 sias, aliaque beneficia ecclesiastica, quæ ejusdem
 Concilii decretis retineri prohibitū sit, iesignā-
 da, & ad complures res hujusmodi exsequendas
 ac alias omnes ad prædictam reformationem
 jusque positivum tantum spectantes, quæ obser-
 vari aut evitari debeant. Nos itaque, ut omnis
 controversia dubitatioque tollatur: Motu pro-
 priō eam rem, prout rationi, juti & æquitati cō-
 venire censuimus, duximus declarandam. Nam
 eti ipsius Concilii decreta eiam de venerabili
 lum fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ec-
 clesiæ Cardinalium consilio & assensu in Cor-
 fistorio nostro fecero confirmata à nobis fue-
 runt sub finem mensis Janua ii, & ab eo etiam
 tempore apud hanc sanctam Sedem observari
 cœperunt: quia tamen non parum temporis in
 eis Romæ diligenter emendateque im-
 mense statio consumptum fuit, & jure etiam com-
 muni sancitum est, ut Constitutiones nova-
 vim non nisi post certum tempus obtineant; æquum
 nobis & justum visum est, prædicta decreta om-
 nia ad dictam reformationem jusque positivum
 dumtaxat spectantia, à Kalendas Maii proximè
 præterit omnes obligare expelle, neque post
 eam diem excusationem cuiusquam, quod ea
 ignoraverit, admittendam, atque ira Apostolica
 auctoritate declaramus ac deficiamus, & ab om-
 nibus judicari debere mandamus atque statui-
 mus, Decernentes irritum & inane, si quid secus
 à quoquam quacumque dignitate, auctoritate &

potestate prædicto contigerit iuricati. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet, hanc pagam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti & decreti, infringere, vel ei ausu tem. satio contrarie. Si qui, autem hoc accentuat præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac bestorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus se novet, incursum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, quintodecimo Kalendarum Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Fed. Card. Cæsarius.

Ce Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

ANNO à Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Indictione septima, die vero vigesima mensis Iulii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pii, divina providentia Papæ Quarti anno quinto, retroscriptæ litteræ affixæ, lectæ & publicatæ fuerunt in valvis Basilicarum Principis Apostolorum de Urbe, & sancti Joannis Lateranen. necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ. Per nos Jacobum Carta, & Julium Partinum, Prælibati S. D. N. Papæ Curores.

Antonius Clerici, Magister Curorum.

MOTUS PROPRIUS S. D. N. DE

PIE, DIVINA PROVIDENTIA, PAPÆ IV.

Per quem deputantur octo Cardinales, qui faciant obserati reformationes b ipso editas, nec non decreta sacri œcumenici, & generalis Coacilij Tridentini.

Motu proprio, &c. Alias nos nonnullas constitutiones, & ordinationes, reformationem majoris Pœnitentiarii, ac sacræ Pœnitentiariæ nostræ, ac Vicarii nostri, ac ejus officii, necnon Camerarii, & camerae Apostolicæ, ac illius causarum Auditoris, necnon palatii Apostolici causarum Auditorum, ac Gubernatoris, & Capitoline curiarum, & contradictriarum, aliorumque almae Urbis nostræ; ac Romanæ Curiaæ tribunalium, & officiorum concorrentes, edidimus: quæ tamen (ut intelleximus) ab eorumdem officiorum, & tribunalium præfectis, ac officialibus minus diligenter observentur.

Cum autem eaixæ nostræ voluntatis sit, ut illa & pariter decreta sacri Concilii Tridentini; in his, quæ ad eorum officia spectant, abs idem omnino observentur: Nos propterea considerantes, parum esse, jura condere, nisi sint, qui ea executioni demandari faciant, & in præmissis, prout ex debito pastoralis officii nobis (meritis licet imparibus) injuncti obligamur, salubriter & utiliter providere; præfataisque constitutiones, & ordinationes, ac decisione Concilii, quis & quæ hic haberi volumus pro expressis, inviolabiliter observari volentes: Venerabili fratri nostro oanni Episcopo Tuscani Morono Io. Michaëli Sanctæ Anastasiæ Saraceno, ac Jo. Baptista S. Clementis Cicidæ, necnon Michaëli S. Sabinæ Alexandrino, Clementis S. Mariæ in Ara cæli, & Ludovico S. Cyriaci in Tiberinis Simoneta, ac Carolo S. Martini, in

Montibus Borromæo Presbyteris, necnon Vi-^a ^{Sixtus}
 tellio S. Mariæ in porticu Vitellio nuncupa-^{VIII. if-}
 tis, titulorum diacono & Cardinalibus commit-^{tius}
 timus, & mandamus: quatenus ipsi, seu eorum ^{Congre-}
 major pars, coniunctum, vel divisum, eorum ^{ation it}
 arbitrio etiam tam quam executores dictarum ^{faculta-}
 litterarum, constitutionum, & decretorum præ-^{tes de-}
 dictorum constitutiones, & ordinationes ac de-^{claravit}
 creta præfata, juxta tenores eorum, ac litterarum ^{in Bullæ}
 desuper confessarum per quoscumque Pœni-^{ius inc.}
 tentiaræ, Vicariæ & Cameræ, ac Rotæ curiarū, imme-
 ac tribunū ium prædictorum judices, & officia-^{la 1588.}
 les sub excommunicationis latæ sententiæ, ac ^{art. 7.}
 tribunalium prædictorum judices, & officiales ^{o Confir-}
 sub excommunicationis latæ sententiæ, ac pri-^{matur}
 varionis officiorum, & aliis eisdem ^{Bullâ} Cardinali-
 bus bene viss, etiam pecuniarum, eo ipso incur-^{Pii VIII}
 rendis pœnis, firmiter observati faciant, & cum ^{Cum fe-}
 effectu: nisi tam in executione dictorum De-^{licis.}
 cretorum Concilii, quam dictarum litterarum ^{1566.}
 nostratum aliena dubietas, aut difficultas emer-
 serit: quo casu ad nos referant, invocato etiam
 ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sœcula-
 ris, ac eos qui litteris & decretis prædictis
 & eorumdem Cardinalium mandatis non pa-
 ruerint, ex tunc, prout ex eadem die, & è contra
 illorum officiis privatos necnon ad illa, & alia
 Romanæ curiæ officia in posterum obtainenda
 inhabiles ac ipsis ab eisdem officiis sic privatis,
 illa tanquam per privationem vacantia à Da-
 tario nostro vendi, & à quibusvis personis ido-
 neis pro pretio convenienti emi. liberè & licetè
 posse auctoritate nostra cutent, nuncient decer-
 nant ac declarent, prout nos harum serie nun-
 ciamus, decernimus, & declaramus.

Non obstantibus quibusvis constitutionibus
 & ordinationibus Apostolicis, ac Pœnitentia-
 riæ & curiarum; nec non tribunalium prædicto-

rum statutis &c. etiam juramento , &c. roboretatis, & privilegiis quoque, indultis , & litteris Apostolicis, iilis ac dictis officialibus & tribunalibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis etiam motu simili , &c & alias quomodocumque concessis , &c. Quibus omnibus , &c. Illorum tenores,&c.hac vice latissime derogamus, eaque adversus praemissa nullatenus suffragari volumus : ceterisque contrariis quibuscumque.

Plac. et Motu proprio I.

Dar. Romæ apud S. Marcum , quarto Nonas Augusti, anno quinto.

BULLA S. D. N. PII, PAPÆ IV.
Revocatoria privilegiorum , exemptionum, immunitatum, facultatum, conservatoriæ, indulctorum, confessionalium, Maris magni, & aliatum quarumque si i'iu - gratiarū, quibuscumque locis & personis concessatum in his, in quibus statutis & decretis sacri Cœcillii Trid. contrariantur.

*Grego-
r. 13. pri-
vilegia
Regula-* **P I U S EPISCOPUS , SERVUS
SERVORUM DEI.**

*ribus co-
cessa a
Pio 5.
Cœcili.* **Ad perpetuum rei Memoriæ.**
N Principis Apostolorum , Sede meritissimæ licet imparibus divina dispositione constituti, nihil neque universalis Ecclesiæ , curæ reduxit & solicitudini nostræ commissæ salubrius reiterum . que injuncto nobis Apostolicæ servitutis officio decentius piaestare possumus , quam quod minos providentiae nostræ ministerio œcumenicum Cœcili. Concilium Tridentinum ; sicur nostris portissimis auspiciis , summaque sanctorum Patronis. In concordia per Dei misericordiam feliciter abstanta solutum fuit ; ita, per universos, qui Christianæ pietate censentur, ubique suscipiatur, & remotis.

quibuslibet obstatulis ab omnibus æqualiter observetur. Cū itaque in eodē Concilio quāplurima salubria, & ad universalem morum reformatiōnem valdē utilia, decreta atque statuta, matro præsentiam ipsorum examine præcedente, sunt edita, quibus multa atque diversa privilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates conservatoria, indulta, & ut vocant, confessionalia, & Mare magnum, & aliæ gratiæ, quæ variis, tam cathedralibus, etiam Metropolitanis; quam collegiatis ecclesiis, monasteriis, conventibus, & aliis religiosis, etiam Fratrum mendicantium domibus, & Ordinibus, necnon sancti Spiritus in Saxia, sancti Ioannis Lateranensis, ac Incurabilium de Urbe, sancti Antonii Viennens. & sancti Bernardi Juren. aliisque Hospitalibus, Militiis, eorumque Capitulis, & Conventibus, ac Universitatibus, etiam Studiorum generalium collegiis, tam sacerdotalibus, quam ecclesiasticis, Confraternitatibus, Societatibus; & tam Principis Apostolorum de Urbe, quam aliis fabricis, sanctæ Cruciatæ, aliisque piis locis, & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Præpositis, & aliis ecclesiasticis, tam sacerdotalibus, quam diversorum Ordinum & militiarum regularibus, ac etiam laicis cuiuscumque dignitatis, & status, ac gradus, & excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, & Imperiali dignitate fulgentibus utriusque sexus personis, nec non aliquibus notariis, & etiam de latere Legatis, atque Nuntiis, tam perpetuò, quam ad tempus, per plures Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, ejusque Legatos hactenus etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum & aliorum Principum contemplatione

& intiu*u*, etiam fratum consilio , diversimodè, variisque temporibus, in genere, vel specie , ex quavis etiam honesta causa concessa , & etiam pluries confirmata & innovata fuerunt, in plenisque contrariantur.

Nos, quibus in primis cordi est tam sancta & Ecclesiæ dei saluberrima decreta suos, ut par est, effectus ubique consequi , & ab omnibus obedienter observari, privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum , Conservatoriarum, Indulctorum, Confessionalium, Maris magni , & aliarum gratiarum praeditorum, ac quarumcumque Apostolicarum & aliarum litterarum desuper confessarum, processuumque , decretorum, allorum inde securorum; renores ac si de verbo ad verbum infererentur, præstib[us] pro sufficiet exprestis, & ex certa scientia , ac de Apostolice potestatis plenitudine, quod eadem omnia & singula privilegia, exemptiones , immunitates, facultates, dispensationes, Conservatoriæ, Indulta , Confessionalia , Mare magnum , & aliæ gratiæ in his omnibus, & singulis, in quibus illa statutis & decretis Concilii hujusmodi contrariantur, ipso jure revocata, cassata & annullata; ac ad ipsius Concilii terminos atque limites reducta sint, & esse censeantur, nec quidquam adversus ipsa decreta & statuta , quo minus ubique & apud omnes observentur , in aliquo suffragari posse, sed ea perinde habeti & reputari debere, ac si nunquam emanassent , auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus & ordinamus.

Deceruentes nihilominus omnia & singula, quæ vigore privilegiorum, exemptionum, immunitatum & dispensationum, facultatum, Conservatoriarum, Indulctorum, Confessionalium, aliarum quarumcumque gratiarum hujusmodi, post id tempus, quo Concilium obligare cœpit,

facta & gesti quomodo libet faciunt, & in posterum fecerit, in his, in quibus dicti Concilii, & decretis adversantur, nulla, invicta, & iusta esse & censeri, ac nemini etiam quantumlibet ut praesertur, qualificato, tam in foro (quod aliunt) fori quam conscientie, effragati posse, & debere. Et ita quoscumque locorum Ordinarios, aliosque Iudices, & commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam sanctae Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuiilibet, quavis aliter judicandi facultate, in utroque foro judicari & definiri debere, ac quidquid secus à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, certisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat: Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, tertiodecimo Kalend. Martii. Pontificatus nostri anni sexto.

Cas. Glorierius

E. Episcopus Narnien.

H. Cumyn.

Anno à Navitate D. millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione sexta, die vero vigesimaquaarta mensis Februarii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. nostri Domini Pii divina providentia Papæ Quarti, anno ejus sexto, retroscriptæ iii:teræ Apostolicæ affixa & publicatae fuerint in Acie: ampi Floræ & valvis Cancellariæ Apostolicæ per nos Ni-

colam de Matthæis , & Camillum Cherubi-
num S.D.N. Papæ Cuios.

Philibertus Phapius Magister Curorum.

DE LIBRIS PROHIBITIS.

CLEMENS PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosanctum Catholicæ fidei depositum, sine quo Deo placere , aut æternam salutem consequi nemini licet , ut salvum in Ecclesia Dei perpetuò conservaretur, posterisque inviolatum traderetur, pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia , summo semper studio , & contentione laboravit. Ipso enim à Christo Domino , hujus tam pretiosi depositi auctore , & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patris familias , ab inimici hominis zizaniis disce nendi, & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi, præcipuam curam, summâque potestatem, in beatissimo Petro Apostolorum principe acceperunt.

Quocirca sanctæ memorie Gelasius primus, & Greg.IX.aliique complures Romani Pontifices, prædecessores nostri, zelo zelati pro Domino exercituum, ut hanc fidei Catholicæ, doctrinæque integritatem , salvam , incorruptamque in Ecclesia Dei retinerent , Apostolici animi magnitudine, pro muro domus Israël, adversus eisdem fidei hostes seipso opposentes, ne illorum dolis, & insidiis imprudentes & simpliciores homines caperentur, lucem à tenebris , prava à rectis sejanxerunt, quæ sequenda, quæ cavenda essent, Christi fidelibus declararunt , probatos, laudabiles , orthodoxos libros ab adulterinis, perniciosis & apocryphis , singulare diligentia distinxerunt postremo hæreticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta , Concilio-

alio opportuno censuræ genere condemnarunt. Sed cum nostris hisce calamitosis, & novissimis temporibus antiquus humani generis hostis à sua malitia numquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam, & veritatem labefactandā pestiferas heresies, & detestabiles errores, aut novos conflasset, aut veteres ex inferis excitasset, sacra Tridentina Synodus pestilentem noxiorū librorum copiam quæ plus nimio excreverat, coercere, atque auferre cupiens, priuum quidem doctissimos aliquos viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent & deliberarent: deinde verò cum iij in negotio non parum progressi essent, justis de causis eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem, & integrum rem ferendam statuit.

Itaque fel. rec. Pius Papa IV. prædecessor noster, qui tunc ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, Pratiatis quibusdam doctrina, & prudentia præstantibus exhibitis, Indicem librorum prohibitorum, & Regulas quasdam per suas litteras in forma Brevis, promulgavit, & ejusmodi noxiorum librorum detrimentis depellendis opportunè providit.

Cæterum licet illa temporis ratione prudenter fuerint tunc constituta; tamen cum Satana astutia, in hujusmodi librorum editione nova in dies mala crescerent (nam post illud tempus alii etiam libri perniciosi partim conscripti, atque editi, partim qui scripti erant, & antea delittererant, in medium prodiere, quorum lectione simpliciores, & incauti homines in errores induci facile poterant; propterea piæ mem. Sixtus Papa V. prædecessor noster, multis illustratis, a que ad regalias adjectis necessariis rebus, mandavit nonnulli alii ejusdem generis libri, eidem indici adderentur.

Verum cum idem Sixtus, re minimè absolu-

rum decretis, Pontificiis constitutionibus, aut ta, ab humanis excesserit. Nos animarum saluti quantum cum Domino possumus consulentes, quod jampridem utiliter cœptum, & à multis diu desideratum erat, hoc tempore omnino perficiendum atque in lucem edendum duximus.

Venerabili igitur fratri nostro Marco Ant. Episcopo Prænestino de Columna, & dilectis. filiis nostris Augustino S. Marci de Verona, Simeoni S. Anastasiæ de Terranova, Hieronimo S. Mariæ super Minervam Asculano, Frederico S. Mariæ Angelorum in Thermis, Borromeo, Francisco S. Mariæ Transpontina Toleto, titulorum Presbyteris, necnon Ascanio S. Mariæ in Cosmedin de Columna Diacono, Cardinalibns, super hujusmodi Indice per nos deputatis, aliis piis, & eruditis viris in Concilium adhibitis, ea omnia, ac singula, quæ Sixto V. usuprà diximus instituta erant diligenter examinanda commisimus, quæ cum magno studio visa, ac Deo favente, demum absoluta fuerint: Nos tam eandem Pii Prædecessoris Constitutionem, & Indicem, ac Regulas, quorum omnium tenores haberi volumus pro expressis, quam haec ipsa illis auditæ, prout inferius descripta sunt.

Omnia, & singula auctoritate Apostolica tenore præsentium, approbamus, & præsentis scripti patrocinio cœmunitibus, atque ab omnibus, tam Universitatibus, quam singularibus personis ubique locorum existentibus, sub eisdem pœnis in dicta Pii Constitutione contentis observari præcipimus & mandamus.

Quo autem facilius negorium, cum prohibitionis, cum expurgationis & impressionis librorum peragatur, eas omnes Facultates, privilegia & indulcta, quæ recor. mem. Pius V. Magistro

sacri Palatii primam, deinde Gregorius XIII. & Sixtus V Cardinalibus Congregationis praesicte concesserunt, quorum tenores hic volumus haberi pro expressis, confirmatis, & quatenus opus est, innovatis, in his omnibus, quæ additis in hoc Indice, non adversantur, volumus que propterea, & decernimus, ut si quæ in posterum dubitationes aut controversiae circa ipsum indicem, illiusque Regulas, aliaque illis addita emergerint, ac Congregationem supradictorum Cardinalium, seu aliorum, qui pro tempore super Indice hujusmodi deputati fuerunt, referuntur, & ex sententia eorumdem Cardinalium Nobis, aut successoribus nostris, si rei gravitas id postulaverit, consultis, declarentur & decidantur; quorum auctoritatem, tum permittendis, tum prohibendis, expugnandis, & imprimendis libris, aliisque ad eam rem pertinentibus, explicandis, volumus esse præcipuam, atque ita mandamus omnibus venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, & dilectis filiis Inquisitoribus, Universitatibus, Magistris, Doctoribus, Bibliopolis, Impressoribus, Mercatoribus, Gabellariis, ceterisque omnibus cujuscumque gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticis seculatibus, vel regularibus, quam laicis, quocumque honore, vel dignitate præditis inviolabiliter observari.

Non obstantibus Apostolicis, ac nniversali bus, provincialibus, & synodalibus Conciliis, edictis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & ordinationibus, ac quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora- tis, privilegiis quoque, iudicatis & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis in contrarium præmissorum concessi, confirmatis,

approbatis, & i. novatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficiente derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum inserta mentio habenda esset, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque: Decernentes earumdem præsentium exemplis etiam expressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Prælati alieno us Ecclesiastici ob signatis, eamdem haberemus, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Tusculi, sub Annulo Piscatoris, die decima septima Octobris, anno millesimo quinquagesimo nongentesimo quinto Pontificatus nostri anno quarto.

N. Vestrius Barbianus.

PIUS PAPA IV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dominici gregis custodiaz, Domino disponente, præpositi, vigilis more pastoris, non desistimus, ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus, cura, & diligentia præcavere, ne propter negligentiam nostram pereant oves quæ pretiosissime Domini nostri Jesu Christi sanguine sunt redemptæ. Etsi autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confundandas pertinebant, in œcuménico & generali Concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt ut facile jam sit unicuique sanam Catholicamque doctrinam à falsa adulterinaque internoscere; cum tamen librorum ab hæreticis editorum lectio, non modò simpliciores corrumpere soleat, verum sapè etiam doctos, eruditosque in varios errores, & à veritate fidei Catho-

hinc alienas opiniones inducere , huic quoque
rei esse duximus providendum.

Cum autem aptissimum ei malo remedium
esse sciremus, si componeretur , atque ederetur
Index sive catalogus librorum qui hæretici
sint, vel de hæretica pravitate suspecti, vel certè
moribus & pietati noceant: id negotium ad sa-
ceram Tridentinam Synodum rejeceramus. Ea
verò ex tanta Episcoporu. n. & aliorum doctis-
simorum virorum copia delegit , ad eum con-
ficiendum Indice : multos cum doctrina , tum
judicio insignes Prælatos, ex omnibus , ferè
nationibus qui quidem non sine maximo labo-
re, plurimisque vigiliis eum indicem tandem,
Deo juvante, perfecerunt , adhibitis etiam in
consilium lectissimis quibusdam Theologis.

Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi
decreto, is index Nobis oblatus fuisset, ut ne an-
te ederetur , quām à Nobis approbatus fuisset,
Nos doctissimis quibusdam probatissimisque
Prælatis eum aceuratissimè legendum , exami-
nandumque tradidimus , & ipsi etiam legimus.
Cum igitur cum magno studio , acri judicio,
diurna cura confectum , & præterea commo-
dissimè digestum esse cognoverimus: Nos saluti
animatorum consulere , eamque ob causam pro-
videre cupientes, ne libri , & scripta cujuscum-
que generis , quæ in eo improbantur , sive ut
de hæretica pravitate suspecta , sive ut pietati,
ac morum honestati inutilia , aut aliqua cor-
rectione saken indigentia , post hac à Christi
fidelibus legantur: ipsum indicem , unà cum
Regulis et præpositis , auctoritate Apostolica
tenore præsentium approbamus , imprimique
ac divulgari , & ab omnibus Universitatibus
Catholicis, ac quibuscumque aliis ubique susci-
pi, easque regulas observari mandamus , atque
decrerimus : Inhibentes omnibus , & siogu

is, tam Ecclesiasticis personis, Sæcularibus, & Regularibus, cujuscumque gradus, ordinis, & lignitatis sint, quam laicis, quocumq[ue] honore, & lignitate præditis, ne quis contra eorum Regulam præscriptum aut ipsius prohibitionem In-
licis, libros ullos legere, habereve audeat.

Si quis autem adversus eas Regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiusvis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritve, ipso jure in excommunicationis pœna uincidat, eaque ob causam in eum, tamen qua non de hæresi suspectu non inquit, procedi liceat, præter alias pœnas super hoc, ab Apostolica Sede, sacrificisque canonibus constitutas.

Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritve, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severè se noverit puniendum. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque, aut si quibus conuenerit vel divisi ab eadem Sede indulto, ne ex omni unitate possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Ut hæc autem ad omnium notitiam perveniant; neve quis excusatione ignorationis uti possit, volumus, & mandamus ut hæc litteræ per aliquos Curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana, Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi: tun-
sum in eis populus ut Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur, & postquam recitatæ fuerint, ad valvas eorum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur ubique ut legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur.

Cum autem inde a movebuntur, eorum exempla in iisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his litteris comprehenduntur, post tres menses à die publicationis, & affixionis earum, numerandos volumus, perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsi met illæ editæ lectæque fuissent. Transsumptis quoque earum, quæ manu alicujus publici Notarii scripta, subscriptâve, & sigil. o, ac subscriptione alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem sine ulla dubitazione habeti mandamus, atque decernimus. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 24. Martii 1564. Pontificatus Nostri anno Quinto.

Antenius Florebello Lavellinus.

IN INDICEM LIBRORUM prohibitorum, confectum à depu- tatione Tridentinæ Synodi.

Prefatio R.P.F. Francisci Foretii. Ordin.

*F.P. Præd. S. T. Professoris, & ejusdem
deputatiouis Secretarii.*

Cum Sancta, œcumenica Tridentina Synodus iis rationibus adducta, quæ in secundæ fissionis Decreto sub Beatissimo Pio IV. Pont. Max. explicata sunt, censuisset, ut Patres aliquot ex omnibus ferè nationibus delekti, de librorum censuris quod statuendum esset; diligenter cogitarent, in eam tandem sententiam post diuinarn deliberationem venerunt, ut judicarent nihil utilius fieri posse, quam si Romanus ille prohibitorum librorum Index, ab inquisitoribus Romanæ postre ò. confectus, paucis tantum de p̄tis, atque etiam additis retineretur; quippe qui cum magna naturitate à multis viris doc̄t̄ corpositus, plurit̄ os coprehendat aucto-

res atque in ordinem satis conmodum digestus esse videatur

Quoniam vero intelligebant, propterea in aliis quibus Provinciis, ac locis hactenus eum indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione viri docti privati: agno incommodo afficerentur, atque animadvententes etiam in eo esse nonnulla patrum explicatè posita, quæ interpretatione indigerent, re autem ultam diuque deliberationibus agitata, ac viris etia non ex orienti natione, Theologicæ facultatis scientissimis in consilium adhibitis, subjectas Regulas componendas judicarunt, ut quoad ejus ferri possit dictorum hominum: communis & studiis, salva veritate, ac religione: prospiceretur.

Illud igitur imprimis observare oportet, unquamque penè Alphabeti litteram, tres habere classes.

In prima non tam libri, quam librorum scriptores continentur, qui aut heretici, aut nota: hæresis suspecti fuerunt, horum enim Catalogum fieri oportuit, ut omnes intelligent, eorum: scripta non edita solum, sed edenda etiam prohibita esse

Sed illud etiam animadverendum est, quod licet multi præterea sunt, qui justissimis de causis in hanc classem referti poterant, Patribus tamen non is fuit animas, aut ad eorum pertinebat institutum, ut eos ad unum perquirerent; sed iis pene contenti fuere, qui in Romano Catalogo descripti sunt, de aliis vero ejusdem generis auctoriibus; idem ab Ordinariis & inquisitoribus statuendum existimatunt

In secundam classem non auctores, sed libri sunt relati, qui propter doctrinam, quam continent, non sanam, aut suspectam, aut qua offensionem etiam in moribus tantum fidelibus aff.

ferre potest, resiciantur, etiam si auctores, à quibus prodierit, ab Ecclesia numquam descierunt.

